


Ex libris P. Prad. ... pro Bibliotheca Conv. ... M. Aug. 1686.

Ex Fr. Angeli M.ri Furlani co

SVCCESSORES DIVI BARNABAE APOSTOLI,

IN ECCLESIA MEDIOlanensi: Ex Bibliotheca Vaticana.

Et ex manuscrip. Illustriss. & Reuerendiss. Card. Syrleti.

Per Ioannem de Deis collecti Iussu Pij V. Pont. Max. Anno Dñi. M.D. LXXI.




Romæ, Apud Io. Osmarinum. 1584.

Lectori Salutem.

MEdiolanum Galliç Cisalpinæ Metropolis, populi multitudine refertissima, iam inde primum ab Sanctissimo Apostolo Barnaba Christi Iesu sacris imbuta, Archiepiscopos sanctitatis laude claros, in cęlestium ciuium numero adscriptos xxxvj. habuit: Habuit præterea nobiles eximia virtute Martyres, Geruasium, Prothasium, Calimerũ, Naborẽ, Fœlicem, Celsum, Nazarium, Sebastianũ, Victorẽ, & socios Vitalẽ, & alios cõplures. Ita, vt iam inde primum à Neronis temporibus, in omni ferè persecutione egregijs, & Martyrũ, & Episcop. virtutibus ad pietatis, fideiq. tuendæ studium excitata sit ciuitas Mediolanen. Quare merito Ambrosius, Agnoscamus inquit carissimi circa Ecclesiã nostrã vberiorem diuinorũ numerũ largitatem. Exultant Fœlices singularũ Vrbjũ populi si vnius saltẽ Martyris reliquijs muniãtur. Ecce nos populos Martirũ possidemus. Gaudeat terra nostra nutrix cęlestiũ militum, & tantarũ, parens fęcunda virtutũ. Recte itaq. ei debito à filijs parentis Ecclesię, horum Beatorũ martyrum celebrantur insignia. Hactenus Ambrosius; Nos Episcoporum tãtum seriem, qui à B. Barnaba exordientes, ad nostra vsque tempora, in ea Vrbe prçsulati sunt. Texem⁹. Ex historijs Vrbis, & Ecclesiarũ Mediolani. Et aliis probatis authoribus. A nõ satis vnquam laudata viro, Gulielmo Syrleto Card. Amplissimo nobis traditis.

SVCCESSORES
DIVI BARNABAE
APOSTOLI,

In Ecclesia Mediolanensi: ex Bibliotheca Vaticana: & alijs probatis authoribus.



ARNABAS Apostolus Cyprius: Hic cum B. Paulo in Apostolorum numero adscriptus: primum Antiochiæ Iesu Christi fidem disseminauit. Deinde Tarsi christianæ fidei præcepta illius vrbis ciuibus tradidit: Post mulis pagratus prouincijs Euangelium prædicans. Summa cum audientium vtilitate aliquot post annis, quàm Christ Dominus in cęlos ascendit. Primus per commissionem B. Petri Apostoli Romanis fidem prædicauit: Deinde ab eodem Petro missus in Galliam Cisalpinam, ad prædicandum Iesu Christi Euangelium Mediolanũ venit ibique Ecclesiam instituit, & fundauit:

Quam septem annis sanctissime administrauit: Et ibi Antholio Episcopo, & successore relicto: Ecclesiam Bergomen. et Brixien. instituit, & Bergomi relicto Narno successore, et Brixię Anathalone, Reuersus in Insulā Cypri iussu Iacobi Hyerosolimorum antistitis Ecclesiam Salaminæ Cypri fundauit: In qua administratione; Neronis persecutione pro Christi gloria, cruciatibus multis affectus, martirio coronatur: Cuius cineres Mediolanum translatæ. Diu in Ecclesia SS. Naboris, & Fælicis seu vt modo dicitur sancti Francisci. Quasi ingnotæ iacuerunt: Postmodum à religiosissimo Carolo Borromeo Archiepiscopo Sanctæ Praxedis Cardinali in insigniori loco reconditæ sunt, & caput Theclis argenteis inclusum, populo cum magna celebritate ostenditur.

II.

ANATHOLIVS Græcus comes peregrinationis, & discipulus B. Barnabæ, ab ipso in Ecclesia Mediolanen. Episcopus ordinatus: Tantę sancti-

tatis

tatis vir fuit, quod solo flatu obsessos à Dæmone liberaret: Rexit Ecclesiam Mediolanen. *post discessum* Barnabę, *sub* B. *Petro, & Lino, à quo per litteras impetrato Gaio coadiutore: Post multas ærumnas, cum Brixiæ etiam Christi fidem propagasset: Ob Iesu Christi fidem martyrij palma coronatus est. Cuius corpus, à Gaio successore, in Cimiterio martyrum sepelitur. Eius festum* 7. Kalen. Octo*bris ab Ecclesia Mediol. celebratur.*

III.

GAIVS *Sergius Romanus*, B. Barnabæ *Apostoli discipulus, & qui comes se ei eunti in Galliã Cisalpinã adiũxerat: Apostolicę uirtutis imitator pręclarus* SS. *Apostolorũ Petri, & Pauli desiderio flagrans, iter ad Vrbẽ* Romã *suscepit. In uiã dum esset diuina pręsensione uidit eos Neronis iussu* Martiriũ *obijsse: Romã vbi venit, quod presenserat re ipsa factũ esse cognouit*. Cum B. *autem* Clemente, *& Lino, cæterisque Apostolorũ discipulis, aliquãdiu fuit, quibus cũ* Euãgelij

prædicationem communicauit à B. Li no Pont. à quo primum Exorcista factus fuerat Episcopus creatus est, & ad regendam Ecclesiã Mediolanen. cuius prior coadiutor fuerat missus: Tãta morum probitate fuit, & vitæ sanctitate, & erga pauperes charitate: Quod in Ecclesia Mediolanen. omnia cõmunia haberẽtur sicut tempore Petri Hyerosolimis, & Alexandriæ sub Marco. Hic prope fontem vbi nũc est Ecclesia S. Eustargij baptizauit multos Senatores, & nobiles Mediolan. inter quos fuerunt Philippus, & filij. et cũ tota domo sua Sophiã Romanã, quæ deinde in sanctorũ numerũ à Clemente I. Pont. relata fuit: Vitalẽ, & Valeriam cõiuges, postea martires, et parentes SS. Geruasij, & Prothasij, qui etiã paulopost preclaro martirio nobilitati sunt: Hic primus Cimiterium ad sepelliendos martires in prædio Castritiano dedicauit. Tãdem cũ multa egisset, & graues pro Christi fide pugnas in illo persecutionis Neronianę impetu sustinuisset: Accusatus

Pau-

Paulino procõsule quod corpora Martirum sepelliret martirij palmã adeptus à Castritiano et Philippo, fratribus sepelitur in suo prædio: Cuius festũ Ecclesia Mediolan. 5. Kalen. Octobris celebrat: Corpus eius in Ecclesia quę modo dicitur S. Francisci conditum est in sacello D. Bonauenturę dicato: Olim martirum cimiterium.

IIII.

CASTRITIANVS *Oldanus ciuis in pastorali cura summa vigilantia incũbens, quæcunq; ingrauescente* Domitiani *persecutione, collapsa erãt Mediolani restituere contendit: Hic vna cum Philippo fratre donauit B. Gaio ad sepeliẽdum martires prædiũ suũ: In quo postea à B. Simpliciano, dedicata fuit Ecclesia in honorem S S. Martyru Naboris, &* Felicis; *Nunc autẽ Ecclesia S. Francisci. Hic prim⁹ in Ecclesia* Mediolan. *instituit ritum ordinandi clericos, & presbyteros secundũ ordinem S. R. E. Hic corpora S S.* Martyrum, *Geruasij, & Prothasij, in suo prædio cœmiterio martyrũ*

 sepe-

sepeliuit, innumeros ad Iesu Christi fidem conuertit: Basilicas duas vnã Portianam, alteram Faustinianam consecrauit, translatis SS. Martyrũ Vitalis, & Agrigolæ reliquijs. His atque alijs pie gestis rebus, cum vnum, & quatraginta annos Ecclesiam Mediolanen. in summa persecutionũ tempestate gubernasset: Multis pro Dei religione laboribus, & certaminibus perfunctus: Accusatus apud Anolinum prefectum martyrio coronatur: Eius corpus deinde in Ecclesia S. Ioannis in Cõça translatum est. Quam etiam ipse condiderat in memoriam S. Ioannis Euangelistæ, quando in feruentis olei dolium Romæ missus fuit. Eius festum Ecclesia Mediolanensis. Kalen. Decembris celebrat.

V.

CALLOCERIVS *seu Callimerus Græcus, à primęua ętate in sanctorum Pontificum doctrina, & disciplina educatus Madiolani post Castritianum à quo Basilic a Faustiniana, quę modo S. Vitalis dicitũ prefe-*

ctus

ctus fuerat. Rexit Ecclesiã Mediolanen. à Xisto primo Pont. ordinatus: Eius religione disciplina, & Martirio non solum Ecclesia Mediolanensis au cta atque exornata est: sed etiam liguria penè cuncta eiusdem virtute singulariq. Christianæ pietatis ꝓpagandæ labore suscepit Iesu Christi fidẽ: Hic in vinculis deductos Mediolanũ, Faustinum, & Iouitam nobiles Brixianos, vbi eorum fides tẽtata exquisitissimis tormentis tanquam igne aurum in cruciatibus magis enituit: opibus adiuuit, verbo consolatus est, & ad perferẽdas ꝓ Christi nomine ærũnas adhortatus est, in eadem persecutione initio uidelicet suscepti ab Adriano Imperij martyrij palma insignis quieuit in Domino. Cum Ecclesiam rexisset annos 53. sepultus in Cœmiterio Caij, & deinde in Ecclesia eius nomini dicata translatus: Eius festũ Ecclesia Mediolanen. celebrat. Prid. Kalen. Aug.

VI.

MONAS Burrius ciuis, qui tempore Episcopus renũciatus est, Cale-

sti lumine circunfusus, patrias opes, quas satis amplas habebat pauperibus, & Ecclesię donauit. Primus in Vrbe Mediolanen. Ecclesiam in honorē B. Petri Apostoli dedicauit, & in ea publicè Euangeliū Iesu Christi prędicauit. A quodam enim ciue christiano ei domus oblata est, in qua Basilica *Petri fondatur, & in memoriā istius piæ, & sanctæ oblationis illius ciuis successores decreto Episcopi, & Christianorum, postea nobiles à* Basilica *Petri dicti sunt. Primus more Pontificum* Romanorū *Mediolanū parochijs distinxit:* Ecclesiam *sibi cōmissam non solum ieiunijs orationibus, & charitate erga pauperes, sed etiā martyrij corona decorauit, nam cum viiij. annis in maxima persecutionis tēpestate munere Episcopali sanctæ perfunctus esset multa fortiter, atque ex pręscripto Euangelij egit, quibus clarus obijt in Domino, vij. Kal. Aprilis: Cuius festum Ecclesia Mediolanē. 4. Id. Octobris celebrat, quando ab Angisberto Archiepiscopo. Il-*

lius

lius sacræ Reliquiæ Mediolanum asportatæ sunt circa annum Domini, 1030. & in Ecclesia S. Vitalis repositæ, & ab ea iterum translatæ in Ecclesia Cathedrali ab religiosissimo Carolo Borromeo Archiepiscopo S. Praxedis Cardinali Anno Dñi, 1576.

V I I.

MIROCLES *ciuis in Aureliane persecutione à B. Epiphanio Ticinensi Episcopo: Cuius erat propinquus Romam missus ad Fœlicem I. Pont. in ea legatione ita probe se gessit, vt mitteretur ab eodem Pont. ad regendã Ecclesiam Mediolanen. quę p multos annos pastoris solatio destituta fuerat: Vir fuit: Sanctitate insignis, & prudentia admirabilis: Miltiadi Pontifici Romano, & huic commissũ fuit iudicium in causa Episcoporum Africæ: Eius aliquando meminit S. Ambrosius in Epis. & Optatus Miluetan. lib. 1. histor. Ecclesiam cum resciisset annis 22. in persecutione Maximiani, eandem Ecclesiam martirio decorauit. Eius Reliquiæ iacent in Ec-*

clesia S. Victoris ad corpus: Ab Ec-
clesia Mediolanen: Eius diei festum
celebrat. 3. Non. Decembris.

VIII.

PROTHASIVS *Algisius ciuis S. Mirocles discipulus, & in eius doctrina, & moribus nutritus: Cum in persecutionum tempestatibus pro Ecclesia, proq; religione multis perfunctus laboribus esset: Tandem in Ecclesia Mediolanen. Christiani à molestijs, & persecutionibus respirarunt: A Siluestro I. Pont. post tranquilitatem Ecclesiæ* Episcopus ordinatur, *& ad regendã* Ecclesiã Mediolanen. *mittitur: Quãta doctrina, & sanctitate. Vir iste fuerit illustris, patres in Synodo Sardiciensi, cui & interfuit, & subscripsit, experti sunt: Nã eius opera, & doctrina concilium Sardiciense sub Iulio I. Pont. ad finem optatum perductum est:* Ecclesiam *sibi commissam, cum rexisset annis 22. obdormiuit in Domino. Cuius corpus in* Ecclesia *S. Victoris, ad corpus con-*

ditum

ditum est; & festiuitas colitur. 8. *Kalen. Decembris.*

IX.

*M*ATERNVS *Ciuis: Qui primum presbyter, sub Maximiana persecutione, pro Christi fide, cum mirocle* Episcopo: *Aliquando catenis vinctus, interdum in carcerem detrusus, sæpe verberibus acerbissime cæsus, firmo animi robore, cælestique constantia in perferendis cruciatibus communitus: Tum in populi perturbatione ab impijs tyrannis excitata, magnis laborum contentionibus ad eum confirmandum perfunctus est.* B. *Martyres Carphophorum, & Fidelem. Nouocomum misit, vbi pro gloria Christi dimicarent: Sanctum preterea victorem martyrem, qui feris, post eius necem iussu Maximiani obiectus fuerat, nec ab illis tactus, sex diebus post ab Imperatorijs hortis, transtulit ad* Ecclesiam, *quæ deinde eius nomini dicata fuit: Tandem post Prothasium, à Iulio primo*

mo Pontif. Episcopus creatus est. Et cum xx. annis Ecclesiã Mediolan. sanctissime administrasset miraculis clarus quieuit in Domino sub Felice I. I. Pót. Eius corpus in Basilica SS. Naboris, & Felicis reconditum est. Eiusq; Festum Ecclesia Mediolanen. *recolit 15. Kal. Aug.*

X.

EVSTORGIVS *in Græcia claro genere natus: Primo miles* Constan*tini Imperat. à quo vna cum patribus qui concilio Niceno interfuerant missus ad Siluestrum Papã, vt acta concilij approbaret: In familia Pont. per multos annos versatus est: Deinde ab eodem Imperatore ad regendã insubriam missus à Damaso I. Pont. post mortem* Materni *Archiepiscop⁹ electus, & administrandam Ecclesiã Mediolanen. destinatus. Quæ res ingentem lætitiam. Imperatori attulit: vbi clara virtute Episcopus nomineque sapientiæ, & religionis excellens Ecclesiam Mediol. instruxit, adque ornauit ad Imperatorem cum oratoribus*

ribus Mediolanen. missus. Benigne exceptus est, & expeditus: Et in eorum discessu arcam, vbi corpora triũ Regum magorum, qui Christum Dominum in præsepio adorauerunt è persia Constantinopolim in Basilica S. Sophiæ, vbi augustissimo apparatu asseruabatur Eustorgio, & oratoribus donauit: monimentum, & pignus amoris ipsius Imperatoris, erga populum Mediolanen. Quam arcã summa perfusi lætitia ingenti gaudio, & exultatione Mediolanum detulerunt, & in Basilica quæ postea S. Eustorgij appellata est, non sine prodigio diuino reposuerunt, vaccę enim quę arcam deferebant substiterunt in loco illo palustri, & siluestri, nec vnquam inde amoueri vlla ope humana potuerunt. Placuit enim Deo locum illũ, in quo multa SS. corpora ab initio nascentis Ecclesiæ Mediolanen. iacebãt sine vllo honore. Illo miraculo illustrare. Cũ arca, eo loco constitisset, & in ea sexcenti septuaginta anni mira religione, & deuotione totius populi asseruata fue-

fuerunt: sed demum Federico Aeneobarbo Imperatore, Coloniam ab Reinaldo asportata fuerunt: Hic summa sanctitate, insigni pietate, admirabili doctrina, & immensa charitate Ecclesiam sibi commissam admiuistrauit annis xix. & miraculis clarus, maxima populi mœstitia, obdormiuit in Domino. In cuius honore B. Ambrosius Ecclesiam, quam ille condiderat, & in qua reposuerat corpora B. Magorum, ob idque dicta Basilica regum: vbi ipse multos baptizauerat, amplificauit, & eius corpus in ea reposuit. A quo, & nomen accepit, eius festum Ecclesia Mediolanensis. xjv. Kalen. Octobris celebrat.

XI.

DIONYSIVS *Marianus Ciuis: Hic excitata hæresis Arrianæ furoribus persecutione, & apud Mediolanum, ab hæreticis, & catholicis concilio celebrato, in quo omnes qui conuenerant. Constantius cogeret assentiri abdicationi Tyri factę ab iniquis, iudicibus, sigillatim aduersus*

quos-

quosdam Episcopos: Deinde vt Athanasio Ecclesijs eiecto, aliam fidei doctrinam componerent, vt heros inuictus nunquam pro Christi gloria, proque Gregis commissi salute dimicare: Cumque in perpetua catholici studij constantia permaneret, & Athanasio inhęreret, eique plurimum faueret, à Constantio Imperatore Arrianorum fautore, animo mirandum in modum confirmato: In Capadociam prouinciam relegatus, exidium, omnemque vitæ cruciatum pertulit: summo Christianæ pietatis robore: sicque ibi titulo martyribus propriore, spiritum Deo reddidit: Cuius sacrũ corpus B. Basilius Episcopus: Mediolanum mitti curauit: Illud Sanctus Ambrosius sacro, & insigni loco recondidit, apud oppidum Cassanum, & inde ab Angelberto Archiepiscopo Mediolanum translatum, circa annum Domini. M. X X I I I. in Ecclesia eius nomini dicata recōditũ: Ibi per multos annos summa populi deuo-

deuotione iacuit: sed ingrauescente bello inter Gallos, & Hispanos in Ecclesia Metrapolitana asportatū fuit, cuius festum, ab Ecclesia Mediolanensi viij. Kalen. Iunij celebratur.

Libet hic ascribere quę de eo, & sancto Eusebio Vercellensium Episcopo S. Ambrosius scribit: ex quibus insignis eorū virtus, & pietas eximia clarius innotescat.

Pro fide quoque exilij dura poptauit, adque elegit (S. Eusebius videlicet) coniuncto sibi sanctæ memoriæ Dionysio, qui post habuit Imperatoris amicitiam exilio voluntario. Itaque memorabiles viri circondati armis Vallati exercitu cum raperentur de Ecclesia maiore triumphabant Imperio quia contumelia terrestri mercabantur mentis fortitudinem regni potentiam quibus militaris armorum strepitus extorquere non potuit fidē: subegerunt bestialis animi feritatem, quę nocere sanctis nequiuit. Ira enim Regis ira Leonis, vt in prouerbiis habes; Confessus est se victum esse qui roga-

bat,

bat, vt mutarent ſententiam: ſed illi vallidiorem calamum ſuū ferreis gladijs arbitrabantur. Denique vulnerata eſt perfidia, vt occideret non eſt vulnerata SS. fides; Non deſiderarunt patrium ſepulchrum, quibus reſernabatur cœleſte domicilium errauerunt toto orbe, vt nihil habentes, & poſsidentes omnia. Quucunque misſi eſsēt locus deliciarum putabatur. Neque enim illis quicquam deerat quibus fides locuples abundabat: Denique locupletabant alios ipſi inopes ad ſumptum opimi ad gratiam. Tentābātur, ſed non mortificabantur in ieiunijs, in laboribus, in cuſtodijs, in vigiliis euaſerunt de infirmitate fortes, Non expectabant deliciarum illecebras, quos ſaginabat fames, non adurebāt eos torrida æſtatis, quos refrigerabat æternæ ſpes gratiæ. Non frāgebat glacialis plagæ frigiditas, quibus feruēti ſpiritu vernabat deuotio. Non verebatur vincula hominum quos Ieſus ſoluerat: Non deſiderabant redimi à morte qui preſumebant à Chriſto re-

ſuſcitari

suscitari. Denique sanctus Dionysius exegit votis, vt in exilio vitam poneret ne regressus confusa institutis, & vsu iufidelium, studia plebis, aut cleri inueniret: Meruitque hanc gratiã, vt pacem Domini tranquillo affectu secum referret: Itaque, vt Eusebius S. Prior leuauit vexillum confessionis. Ita B. Dionysius, in exilij locis, propriore martyribus titulo exhalauit: Hactenus Ambrosius.

XII.

AVXENTIVS Cappadox, post Dionysium relegatum, impiæ infidelitatis armis, exercituq. Mediolanen. Ecclesiam ad decipiendam plebem occupauit labe arrianina infectus, cõtra cuius dogmata. Syricius Papa, sub B. Ambrosio, scripsit Epistolam ad Ecclesiam Mediolanen. Cuius initium est: Optarem fratres: Hic pessimus Archiepiscopus, cum in multis concilijs, teste Theodoretto abdicatus esset. Tandem repentina morte sublatus in Infernum sepultus est.

AM-

XIII.

AMBROSIVS *Ambrosij Romani filius diuino admonitu, post Auxentium Arrianum Episcopus declaratus: Animo cum esset simplici, & aperto, tum magno etiam, adque excelso, præsertim diuinę pietatis zelo motus: Ita se gessit, vt patrum, & Latinorum, & Gręcorum Basilij imprimis iudicio, illius sanctitate, & doctrinæ splendore vniuersa illustretur Ecclesia. Cęlesti enim virtute sua, & admirandæ vigilantiæ studio, Italia penè, tota arrianæ impietatis tenebris circunfusa: ad catholicæ fidei lùcem reuocata: Quin & Africa ei acceptum fert, quod à Manicheis donatistis, & aliis innumeris huiusmodi monstris per sanctum Augustinum, quem ipse Iesu Christo pepererat, liberata fuerit, & ad veritatis lumen, & Ecclesia Catholicæ vnitatem rediuit: Demum plurimis rebus fortiter, ac religiose gestis, & iuuanda Ecclesiæ laude, et religione, & virtutum verè pastoralium*

exem-


exemplis clarus præsertim elemosinæ de qua in oratione de tradendis: Basilius ait. Argentum, & aurum nō quęro, sed inuidiam faciunt, quia aurum erogatur, nec ego hanc inuidiam perhorresc. Habeo ærarios. Aerarij mei pauperes Christi sunt. Hunc noui congregare Thesaurum, vtinam hoc mihi semper crimen ascribant, quia aurum pauperibus erogatur: Hæc ibi *multis etiā libris egregię conscriptis obdormiuit in Domino. Ecclesiæ cum præfuisset, annos 28. multa SS. corpora Dei monitu inuenit, inuenta in locis sacris, & insignibus collocanda curauit, quæ longum esset recensere illud tamen non tacendum magno cū gaudio affectum fuisse in inuentione SS.* Geruasij, *& Prothasij quam rescenset in* Epistola *ad sororem: Quorum corpora in Basilica* Ambrosiana *sub altari recondidit: Cuius causam in eadem* Epis. *assignat dicens. Succedant victimę triumphales in locum, vbi* Christus *hostia est: sed ille super altare, qui pro omnibus passus est. Isti*

sub

sub altari, qui illius redempti sunt passione: Hunc ergo locum prędestinaueram mihi: Dignum est enim vt ibi requiescat sacerdos, vbi offerre consueuit, sed cedo sacris victimis dexteram portionem, locus iste martyribus debebatur: Hęc ille: Non *frustratus est loco suo.* Ambrosius *nam cum defunctus sub eodem altari deferretur Sancti in latus se mouentes medium illum accepere.* Hinc *imagines illę peruetustę* D. *Ambrosij* Episcopali *habitu consistentis in medio* SS. *Colabijs indutorum sicut sibi apparuisse idem Ambrosius refert eius dies* Natalis *est pridie* Non. Aprilis *qui dies quoniam in quadragesimam cadit, placuit olim* Concilij Toletani *Patribus, vt eius celebritas transferretur in illius ordinationem, quę more* Romano, Gręco, *&* Ambrosiano *agitur,* 8. *Id. Decembris.*

XLIII.

SIMPLICIANVS *Catanius* Mediolanensis *ciuis genere, & morũ pietate clarus ab ineunte ętate optimis studiis*



ſtudijs imbutus. Deo ita ſanctitate ui xit, vt & doctrine, & religionis præclara ei teſtimonia diuini viri, Ambroſius, & Auguſtinus, perpetuo dederint: Nam cum omne pene vitæ tempus in litteris conſumpſerit: Tum fidei religioniſque cauſa multa orbis partes peregrinauit, ac demum Romam venit.: Qua in Vrbe inſigni Chriſtianarum, virtutum claritate ſplendeſſcret: Morum exemplo hortatu doctrinarum præſtantia, ac pia quandam ſolercia Victorinum nobilem rhetorem, ac virum diſciplinis liberalibus eruditiſſimum, & in primis apud Romanos authoritate gratiaq. Florentem ab impura Idolorum ſuperſtitione, qua maxime de uinctus erat, ad veram Chriſti Domini conuertit: Et quoniam præcellenti ſcientia erat, nam modo philoſophiæ inſtituta refutauit philoſophorumque libros coarguit: verum etiam de obſcuris quæſtionibus ad eum B. Ambroſius litteras conſcripſit: Roma autem Mediolanum reuerſus aliquid de Reliquijs

liquijs. S. Petri Apostoli transtulisse dicitur: Diu porro fuit Ecclesiæ Me*diolanen. Archidiaconus, ad quem Augustinus in primis se contulit, vt non solum errata sua philosophiaq; platonicæ studia ei narraret. Sed illius opera, & authoritate aditum sibi faceret ad gratiam cõciliandam* Bea*tissimi Ambrosij Episcopi, quam acquisiuit tanti viri adiumento, & patrocinio: Erat autem Simplicianus charitate mirifice accensus, verum diuinarum contemplationibus totus deditus, in officio præcum summe assiduus, pauperum alienaq; opè egentiũ studiosissimus, præclarus morum magister egregius. Sacrarum litterarum doctor, adque vsque adeo omni virtute præcellens, vt cum à clero cæterisque, omnibus, tum ab Ambrosio Episcopo patris loco eximiæ coleretur: Hunc tam magnificit Augustinus (Ab eo enim in fide* Christi: *institutus fuerat, & post baptismum habitum monachalẽ indutus fuerat:)* A*pud quem per biennium manserat:*

 vt

vt Episcopatus sui initio libros duos scripsit: Ambrosius vero cũ grauissime ęgrotans nõ longe ab obitu abesset, & in extrema parte porticus, in qua iacebat in vno positi Castus, Polemius, Venerius, & Fęlix, tunc diaconi secum tractarẽt voce ita repressa, vt vix se inuicẽ audirẽt, quis post obitum illius Episcopus ordinandus esset, ad quę, cum de nomine. S. loquerentur, Simplicianus, tanquam interesset tractatui, cum longe positus ab ipsis iaceret, voce ter emissa, eum dignum pronunciauit, qui sibi succederet dicens, senex sed bonus, erat enim Simplicianus æui maturior: Archiepiscopus igitur is creatus, quo anno Carthagine concilium celebratur, ex sermone Augustini, qui prę sens in eo aderat, magnum etiam in Africa nomen, habuit, & Sanctitatis, & doctrinę: Quamobrem illius Synodi Patres, cum ad Siricium Pontificem legatos misissent, qui de infantibus, apud Donatistas baptizatis quærerent quid decernendum esset, Simplicia-

cianum quoque, per litteras eo ipso de genere consulendum censuerunt: Hoc ipso tempore Mediolani, Honorius Imperator, cum Maria Stiliconis, & Serenæ filia, sibi quadriennio ante desponsa, nuptias augustissima pompa confecit: Optimus autem Archiepiscopus in Ecclesiæ Mediolanen. gubernationem curamque, toto pectore incumbens diuinorum officiorum, quæ, Sanctus Ambrosius instituerat, ritibus, religione, ac pietatis ornamentis illa auxit: Gaudentium Solerium uirum Sanctissimum: Nouariæ Episcopum consecrauit: Alia porro multa egit sane diuinitus, quæ ab alijs difusius ad posteritatē litteris prodētur: Pręfuit Eccle*się Mediolanen. annis 4. Siricio Pont. ex ac vita cessit. x v i ij.* Kal. *Septem. Anastasio Pont. Max. à quo miraculis clarus relatus est in. S S. numerū sepultus est in Basilica, quæ olim* B. *Ma riæ. Nunc, S. Simpliciani nōie nūcupatur, in qua ipse, et cineres.* SS. *Martirum, Sisinij martirij,* Alexandri

ſub altari maiori condiderat, quæ ei efflagitāti. S. Vigilius tridētinus, Epiſcopus cum infraſcripta epiſtola deſtinauerat, ad vicum Briuium quorū SS. & S. Simpliciani, nec nō Benigni & Geruntij Archiepiſcoporum. Reliquias, religioſiſſimus Carolus Borromeus Archiepiſcopus Sanctæ Praxedis Cardinalis, maxima celebritate, & pietate adſiſtentibus, ſibi epiſcopis prouincialibus, in eadem Eccleſia inſigniori loco repoſuit: Et ei dicata fuerunt ſequentia carmina: vrbis nomine:

Mihi eſt Ambroſius pater, patronus:
Illi tu pater, & mihi quoque idem:
Te imprimis igitur colā, vt parentē:
Tāquā deinde patris patrē, & patroni.
Ita ſi aſpiciam paterna iura.
Eris bis pater, & ſemel patronus:

Exemplū litterarum, S. Vigilij, Epiſcopi Tridentini, in traſmiſſione SS. Reliquiarum, Siſinij martirij, & Alexandri, ad Sāctum Simplicianum, ex quibus eorum etiam martirium innoteſcit.

Domi-

Domino Sancto, ac venerabili patri, bonis omnibus, præferẽdo Simpliciano: Vigilius Episcopus Tridentinæ Ecclesiæ: salutem.

Quamuis facta martirum, mentione: Non verbis merita, sed verba mentis comendentur, potiusque, sit constantiæ, silentio pręterire, quibus est probata virtus: Tamen qa me suggerere causas; loca pugnasq; martirij impulit: Admonuit debitum, cœgit officiũ, trepidantem mœrore linguam, paginæ non negaui: Quia nec abscondi poterat lucerna sub modio, nec vox pij sanguinis reticere; post multos nanq; patientiæ gradus, & sedulas pugnas reiciens, accessit iniquitas: Quibus ministri in Ecclesijs, quæ nuper fundatæ fuerant, lacessiti sunt ac martirij titulos cõparauerunt, parati ad omnia, libenter omnia sustinentes, nulli dantes occasionem, occasione gloriæ, gloriam meruerunt: Quorum vitam in summa rerum fastigia referã, propter scientiæ notitiam, fuit tam solicitudinis, quam propositi singularis:

Nam omnes liberi nexu coniugij, Deo immaculatas animas, vt Sanctas Hostias præstiterunt: Denique; primus vocabulo Sisinius, nouam Christi nominis, pacem intulit Barbaræ nationi: Quam per annorum seriem, quod in se fuit iugiter custodiuit, nullum consortium pollutæ societatis agnoscens, velut loth sodomis, stupendo timore reuerentiam seruauit: Sed ouis tota quamuis in luporum medio constituta; ouile quæsiuit: Quod impensis pusillæ fidei, votis magnificus, primus in illa regione fundauit: Cuius minister, si me eum recensere dignaris, per hoc velut ex debito, esse promeruit, Senex vt æuo, ita merito præcesserit: Lector quoque, Martirius, eius adminiculo sociatus, iam nominis pignore comendante eum, religiosę profectionis exordia, post militiam temporalem, Cathecumenus induit: Nam proiecto à se cingulo, reiectoque, parentum, vel fratrum carnalium coetu, intelligens se veræ lucis authore

re

re Deo gratiam consecutum, inter lectoris officium sociatus, diuinę laudis canticum auribus primus surdæ regionis intonuit: Attentus operibus iugiter spiritualibus lassatus ieiunijsque continuus; lectioni suæ pedagogus, in lucrandis animabus anxius, quam breui temporis impendio, tantum fœnus ante præmisit, vt illi corona crederetur: Quid liberatas animas referam, in sinum Abrahæ plena luce profectas, quas sugestio perfida, dierum obseruantia, alienato iure naturæ crudeli morte damnabat: Verum ille subductis maternis vberibus lacte turgentibus, peregrinus nutritus, condecentē semper quęrebat affectum, resurrectionē exemplis prędicatam, viuentibus oculis dicaturus: Hæc sunt pauca de multis: Alexander quoque, Mar*tirij consanguinitate germanus, tertius trinitatis hostiam complens, parem confessioni ianuam reserauit: Nam patriam inquam, deinde peregrinus, parentesque deseruit:*

Comes in probationibus fidei, fide magnanimus, miseratione propensius: Et si testimonio meo vtique creditur, nõ sunt nisi ipsi sibi, altrinsecus præferendi, quos comendari non opus fuit, nisi forte quod decuit, Ad vero hactenus sunt alleuata fastidia, si adhuc auribus libenter admittitis. Nam inuitata sub vno præmio manus, ad sanguinem conualuit, ac matutinis horis se nimium antecedentis diei volucribus fatigatum, nec aliter lectulo deprehensum, emerita quiete sepeliuit: lector quoq; haud vnquam impigre Deo ad ministerium antelucanum seruiebat, cui in sacrificio diaconus famulabatur, & medicinam vulneribus immoratus martirius exibebat: Quam opere, quo deprehensi sunt, cõpleuerunt. Siquidem secedens ad hortum lector, qui ecclesiæ coherebat, captus, vitæ suæ arborem à radice plãtauit: Ostiarius etiam, passioni adiunctus est, hospicio depræhensus, animã suam vt non obtulit, non negauit: verum omnes in vnum collecti, per aliquot

quot ſpatia tracti, Deo animas exſpirarunt: Et duorum fidem ductum eſt corpus exanime: Tertius vero, quo tenaci vita, ita fuit pœna ſenſibili: Nã vnius ſuas expectauit exequias. Præparatus eſt, de ſacris Eccleſiæ culminibus ſeu trabibus Rogus. Hæc flamma Martires velauit: reuertente autem voto, cogitamus nobiſcum, vt id loci Baſilica conſtruatur, vbi primũ fidei glorioſæ teſtimonium meruerũt: Nunc me immeritum, in vtroq; conſortem paterno amore conſolare, & cum iĳſdem: Sanctos apud ipſos, exorator accede: Quatenus poſſim die illa fimbriam aut ſacerdotũ, aut Martirum, iam omnibus ſepoſitis peccator attingere: Salutamus ſpeciali ſeruitio, Sãctitatẽ tuam: Queſo vt mœrorem meum Domino comendare digneris: Item alia manu, denegare nõ potui, quod tuum in nobis erat, glorioſius fieret ſuſcipientis merito. Non gratia largientis: Dies autem paſſionis. SS. 4. Kal. Iunĳ. ſexta feria, luce naſcente:

XV.

VENERIUS *Oldradus ciuis: Is in Diui Ambrosij disciplina nutritus (Erat enim eius Diaconus) Quantæ Sanctitatis, & doctrina fuerit, ex decreto patrum, qui Concilio, viij. Carthaginen. interfuerunt, ex ipsorum sententia conijci potest:* Sic enim decretarunt : Sit *consequens, eligendum vnum esse è nostro numero consacerdotem, qui auxiliante* Domino *& orationibus vestris, has ipsas necessitates suscipere possit, & gnauiter peragendas implere, perrecturus ad transmarinas Italiæ partes, vt tam* Sanctis *fratribus, & consacerdotibus nostris, venerabili Sancto fratri Anastasio, sedis Apostolicę Episcopo, quam etiam Sancto fratri Venerio sacerdoti* Mediolanensis Ecclesiæ*, necessitatem ipsam, ac dolorem, atque inopiam nostram, valeat intimare : Hic 9. annis Ecclesię sibi commissæ, cum bene, & sanctę præfuisset, Sanctitatis glōria illustris, Gottorum calamitati*

bus

bus abijt ad Dominũ: Cuius virtutes & merita æterna gloria digna B. Ioãnis Chrisostomi, Epistola græca celebrata sunt: Eius reliquię, in Basilica Romana, quę S. Nazarij postea dicata est, maxima populi frequẽtia collocatę fuerũt; Cuius festũ ab Ecclesia Mediolan. 4. Nonas Maij celebratur.

X V I.

MAROLVS Innocentij Papæ primi familiaris, Egregia Sanctitate clarus: Hic vir ieiunio deditus, vigiliarũ studiosus, in orationibus assiduus, ab ineunte ætate religionis ardore incensus: Hac de causa: Pontifici carissimus ab eodem ad regendam Ecclesiã Mediolanen. missus, eam per multos annos Sãctissime, & intrepide rexit: Et tãdem multis miraculis clarus ingẽti ciuiũ dolore, migrauit ad Dñm, sepultusq; est in Basilica Romana: Quo in sepulcro postea corpora SS. Glicerij, et Lazari Archiepiscoporũ, à Gerũtio Archiepiscopo, à Basilicap. reposita fuerunt: Cuius festũ. 10. Kal. Maij ab Ecclesia. Mediolan. celebra-

 tur

tur: Eius laudes Euodius Episcopus Ticinen. carmine celebrauit:

XVII.

MARTINIANUS *multas, à Gottis perpessus molestias: Pietatis christianę officio populum Mediolanen. religione instruxit, & sanctitate & multis miraculis clarus migrauit ad Dñm, cũ rexisset Ecclesiã Mediolan. annis.* 3. Celestino I. *Pont. ann.* 417. *sepultusq; est in ędc Sancti Stephani: eius* Fæstum. 4. *Ianuarij ab* Ecclesia Mediolanen. celebratur.

XVIII.

GLICERIUS *Landrianus ciuis, à* Celestino primo *Pont. ob moruũ Sanctitatẽ creatus Archiepiscopus, admirabili prudentia ecclesię Mediolanensi præfuit, annis.* 8. *& Sanctitate clarus. Xisto* 3. *Pont. quieuit in Domino.* 12. Kal. *Octobr. Quo die Ecclesia Mediolanen. eius Fæstũm celebrat,* Corpus *eius in Basilica* Romana *iuxta corpus Maroli* Archiepis. *à Gerũtio Archiepis. ex nobilibus, à* Ba*silica Petri postea sepultum fuit.*

LAZA-

XIX.

LAZARVS Lazaris ciuis, Ecclesiæ Mediolanensi, à Xisto 3. præfectus est: eo tempore, quo Attila Gottorum Rex. Italiam inuasit, ab ipsis Gottis multis molestijs affectus est: Hic primum præsbiter Ecclesiæ Mediolanen. ordinatus à Glicerio, cui postea in Episcopatu successit: Hic primus omnium Archiepiscoporū, monasterium discipulis B. Augustini, in vrbe Mediolani assignauit, Vndecim annis, Ecclesiæ illi cum præfuisset, vitę Sāctissime actæ laude illustris, Leone primo Poni. obdormiuit in Domino, Et appositus est apud patres suos scilicet Martinianum, & Glicerium, pariter Archiepiscopos: Eius fæstum ab Ecclesia Mediolanen. recolitur. pridie idus Martij: Euodius Episcopus Ticinen. eius laudes carmine celebrauit.

XX.

EVSEBIVS paganus, ciuis, primo presbiter Ecclesię Mediolanen. Post discessum Attilę, in Panoniam, à Leo-

à Leone I. Pont. Episcopus creatus: (Diu enim, sedes Mediolanen. ob Gottorum furorem uacauerat) uir fuit admirabili doctrina, & sanctitate: exstat Epistola ipsius, Synodalis: In qua vna cum suis suffraganeis, qui eidem subscripserũt, approbat acta, ab oriẽtalibus patribus, in concilio Calcedonen. Hic Ecclesia Mediolanensi septem, & decem annis, pie administrata sub Hilario Pont. Santisque institutis exornata, & cleri disciplina, ad religiosos mores reuocata, ac diuinorum officiorum librĩs, belli incendio inflammatis cura sua restitutis, alijsque diuinitus & mirabiliter gestis rebus, clarus sanctitatis gloria, obdormiuit in Domino: Simplicio primo Pont. à quo in SS. numerum relatus est: eius corpus in Ecclesia Sãcti Laurentij maioris, recorditum est: Cuius foestum pridie, Idus Augusti, ab Ecclesia Mediolanen. celebratur.

X X I.

Geruntius ciuis, ex nobilibus à Basilica Petri Simplicio primo Pont.

innitus

inuit° Archiepiscopus, creatus: Ad Sedem Archiepiscopalem, quę sibi commissa erat. 7. Kal. Ianuarij accessit, magna cleri populique gratulatione: Fuit his temporibus, Italia foedissime vastata, ac direpta: Nam Heruli, & Thuringi: Barbaræ nationes, irruptionem in eam fecerunt: Duce Odoacro qui vt erat, rerum nouarum cupidissimus, ita omnia teterrime perturbauit: Oppida nobilissima euertit, & Mediolano imprimis omnem depopulationem intulit: Geruntius autem pastor optimus, cum semper, tũ aflictisſimo hoc tempore, Sãctisſime se gesſit, omnibus charitatis officijs quæ Ecclesiæ *in curam sibi traditæ, studio vigilantisſimo præstitit:* Cor*pora* Sanctorum *Archiepiscoporum, Maroli, Glicerij, & Lazari indecentiori loco, in* Basilica Romana, *reponenda curauit: Insigni igitur pietate, & Sanctimonia, diuinitus testificata clarus, cum* Ecclesiam *Mediolanensem, annis sex administrásset, obdormiuit in Domino, Nonis*

Maij

Maij, quo die Ecclesia Mediolanensis eius Fœstum celebrat: sepultus est in Basilica, Beatissimæ Matris Mariæ, ad sanctum Simplicianum: Cuius Reliquiæ, vna cũ illis. SS. Simpliciani, Ampelij, & Benigni, pariter Episcoporum, à religiosissimo Carolo Borromeo Archiepiscopo, Sanctæ Praxedis Cardinali, Honorificentius in eadem Basilica, reconditæ sunt.

XXII.

Benignvs, quem Greci Bentium nominant, ciuis, Mediolanen. generis splendore, doctrinæ, & rerum quas admirabiliter, diuinitusq; gessit, nomine illustris, Sanctissimo Geruntio, à Simplicio primo Pont. electus in Archiepiscopatum successit: Mediolanum. Odoacri Herulorũ Regis, armis penè, excisum, restitui hoc tempore incipit, Templaq; item inflammata instaurantur, Ecclesia autem cattholica, per hos ipsos dies, & in Asia, & in Africa, varie exagitatur, In omni vero perturbatione, B. Benignus, de gradu sanctissimę suæ mentis,

nentis, nunquam dimotus. Imo in ad
ministranda Ecclesia Mediolanen. ita
se gessit, vt frequentissimo populi cœ
tu predicans Euangelium Dei, summa attentione, & admiratione, audiretur: Et pię per sex annos administrata Ecclesia sibi commissa (Fœlice 3. Pont.) virtutum ornatus meritis, laudeq; Sanctitatis florens, quieuit in Domino. 12. Kal. Decem. Quo die eius memoria recolitur, ab Ecclesia Mediolan. eius merita Euodius Episcopus Ticinen. Carmine conscripsit Sepultus est, in Basilica. S. Simpliciani, et à Religiosissimo Carolo Borromeo Archiepiscopo, Sanctę Praxedis Cardinali, honestiori loco, vna cũ D. Simpliciano, Geruntio, et Ampellio, Archiepiscopis, reconditum est, Anno salutis nostrę 1582. Quo die, inter alia poemata, quę in illorũ. SS. laudem, edita sunt, sequentia vrbis nomine, sub eius immagine, apposita fuerunt.

In terra alme parens. eras Benignus.
Et re, & nomine, nomen est tibi idẽ.
Rem

Rem nūc nō teneas? Dei suppremâ
Qui in coelis frueris Benignitate?
Tu ergo bene fac Benignus Vrbi:

Eius tempore, dicūtur repertos fuisse cineres, Sancti Apostoli Barnabę In Ecclesia Mediolanen. non sine magna omnium admiratione.

XXIII.

SENATOR *Settarra ciuis: à Gelasio* 1. *Pont. creatus Archiepiscopus: Summa cum laude, laborum, tollerantia, officio charitatis, in pauperes, gregem sibi commissum, vitę irreprehensibilis, & doctrinarū scientia illustris, cum sedisset annos quatuor, sub* Gelasio 1. *Pont. quieuit in Dño: Sepultusq; est maxima totius populi frequentia in Ecclesia Sāctæ* Euphemię: Cuius *Sanctitate, miraculis diuinitus declarata, Anastasius.* 2. *Pont. in Sanctorum numerum retulit:* Eius *festum.* 5. *Kal. Iunij, ab Ecclesia Mediolanen. celebratur: Euodius Episcopus Ticinen. carmine celebrauit illius virtutes, & merita.*

XXIIII.

Theo-

THEODORVS *Medices ciuis: Hic primus amplificandæ iurisditionis Archiepiscoporum Mediolani, viam invenit: obtẽtis, à* Gelasio *primo Pont. concessionibus decimandi omnia, & qualiacunq; bona, ciuium, & Forensium, Mediolanen: Quæ concessiones, deinde à Theodoro primo Pont.* Ioãni *bono* Archiepiscopo *cõcessę fuerunt:* Sedit *annos.* 10. *sub* Gelasio 1. *Anastasio.* 2. *ac deinceps Simmaco* Pont.

XXV.

LAVRENTIVS *Litta ciuis: Huius nominis* 1. *à Simmaco Papa, in* 3. *&* 4. *&* 5. *Syn.*Rom.*sũmopere laudatus quibus actis omnibus interfuit, et subscripsit, ijs proprijs verbis: Laurentius* Episc. *Ecclesię Mediolan. huic statuto nostro, in quo totã causã Dei iudicio cõmisimus subscripsi: & post eũ subscripsit,* Episcop⁹ Rauẽnas: *Ex quo colligit* Gratian⁹ *ex eo, q̄d in hoc cõsilio, et in alia Syn.*Symmachi Papę: Mediolan. Episcop⁹ *subscripserit, et respõderit, ante Episc.* R*auennan. eũ habere sedis pręrogatiuã: Quantæ*

autem

autem anthoritatis præsul iste apud Symmacum Papam fuerit, Coniici potest ex eiusdem Symmachi epistola in qua requirit ipsum Laurentium, vt acta à patribus in sexta Romana Synodo, velit approbare, & subscribere, Ecclesiam sibi commissam, cum Sanctissime gubernasset annos 20. eodem Symmacho, deinde Hormisda, ac Ioanne primo Pont. migrauit ad Dominum, Sepultusq; est in Basilica, S. *Laurentij* Maioris,

XXVI.

EVSTORGIVS, *huius nominis. 2, natione Græcus, discipulus Ioannis Damasceni, Gelasio primo Pont.* Romam *venit, cum Ioanne Alexandrino, A Fœlice 4. Pont. Archiepiscopus creatus,* Clara *virtute, & religionis excellens diuinis monumentis, instruxit, & ornauit Ecclesiam Mediolanen. quam ita Sanctissime rexit annis. 8. sub* Felice *4. Bonifatio, Ioanne. 2. Deinde* Agabito *primo, tum Sylverio Pont. et ab hoc, sub quo obdormiuit in Domino, In* S S. *Confessorum*

nume-

numero adnumeratus fuerit: Huius meminit Cassidorus in epist. eius corpus in Ecclesia Sancti Laurentij maioris conditum est.

XXVII.

MAGNVS *Trincherius ciuis, Syluerio Pont. Archiepiscopus factus; Eius vita semper admiranda abstinẽtia Sanctitate, diuinaq; miraculorũ virtute, eluxit, & pie religioseq; Episcopali munere perfunctus, eodẽ Pon obijt in Domino cum sedisset annos 3. sepul. in Ecclesia. Sãcti Eustorgij: eius memoria Kal. Nouembris ab Ecclesia* Mediolanen. *recolitur.*

XXVIII.

DACIVS A*iate ciuis:* Vigilio *Pon. creatus* Archiepiscopus, *ob multas, à Gottis perpessus iniurias, magno ciuium* Mediolanensium *numero profectus ad Constantinopolitanam vrbẽ ad Imperatorem Iustinianum; à quo Bellisarium Ducem in Italiam mitti impetrauit ad Gottorum gentem debellandam, Cui etiam maximo adiumento fuit, ad hoc præstandum, Hic scri-*

ſcripſit, hiſtoriã ſui tẽporis, et vitas prædeceſſorũ ſuorũ. Ad eũdem extat Epiſtola Caſsiodori Senatoris de ſubleuanda egentium paupertate: Eiuſdem meminit S. Gregorius Papa, in Dialogis: Vtpote, qui clarus extiterit ſuper Demones: Is cum Eccleſiã Mediolanenſem, duos, & viginti annos ſub Pelagio I. Deinde Ioanne. 3. Pont. religioſe adminiſtraſſet, Epiſcopaliũ virtute, & miraculorũ laude clarus; quieuit in Dño: Sepultus in Eccleſia Sãcti Victoris ad corpus, & in SS. numerũ adſcriptus eſt: Eius feſtum Eccleſia Mediolan. celebrat. 19 Kal. Februarij.

XXIX.

VITALIS *ciuis, à Ioãne. 3. Pon. Archiepiſcopus creat⁹, Eccleſiã Mediolan. rexit annis. 4. ſub eodẽ Pont.*

XXX.

AVXANVS *Cribellus ciuis: Ioanne 3. Archiepiſcopus factus: Eo tẽpore præfuit, Eccleſiæ Madiolan. quo Albuinus Longobardorum Rex inuaſit Italiã, à qua gente, multas moleſtias,*

&

& incommoda pertulit. Hic in prędicationis officio, dilige͂ter versatus, Ec*clesia sibi co͂missa sanctæ administrata annis. 2, miraculoru͂ laude florens. obdormiuit in Dn͂o: Sepultusq; est in Ecclesia Sancti Stephani: eius festu͂ Nonis Septembris ab Ecclesia* Medio*lanen. celebratur.*

XXXI.

HONORATVS, *à Castigliono ciuis: Vir eloquentia, & Sanctitate, ornatus. Nonnulla in diuinis scripturis comentaria composuit: Benedicto primo Pont. Archiepiscopus factus Qui cum Albuini Longobardorum* Regis *expauesceret furorem, Ecclesiam sibi commissam deserens ad tempus, ad Ianuensium Vrbem confugit: vbi nobilis eximia virtute vir rerum, quas constanti* Christianæ *religionis, exercitatione gessit gloria clarus obijt in Domino: eodem Pont. cum sedisset annos. 3. Eius fęstum. 6.* Kal. *Martij. ab* Ecclesia Mediolanen. *celebratur: Huius meminit Paulus Diaconus.*

Iun-

XXXII.

IVNCTVS Frunćto ciuis, Symoniachus, ope Regum Longobardorũ fretus, sedem Archiepiscopalem occupauit.

XXXIII.

LAVRENTIVS huius nominis. 2. contra Frontonem. à Pellagio. 2. Pont. creatus Archiepiscopus. Ita se placide ac modeste, in administranda Ecclesia sibi commissa gessit, vt Frunćto cum suis sequacibus furore populi, ex vrbe Mediolani expelleretur sedit annos. 12.

XXXIIII.

CONSTANTIVS Ciuis, diaconus Ecclesię Mediolane. Diuo Gregorio Pont. notissimus, De quo sic inquit in Epistola ad Romanum patritium: Meus est enim proprius, olimq; mihi fuit magna familiaritate cõiunctus, Hic post Laurẽtij obitum, à presbiteris, Diaconis, & clero Mediolanensi. omnibus deniq; suffragijs electus, Diuo Gregorio per Magnũ praesbiterum, & Hippolitum clericum.

per

per Epistolam insinuarunt. Quæ quia sine subscriptione erat, ipse ne quid, quod ad cautelam pertineret, ommitteret, Ioanni sub Diacono mandat, vt Genuam se conferat: vbi multi Mediolanensium, Barbarica feritate coacti, consistebant: & eis conuocatis, eorum voluntates, in commune perscrutetur. Et si nulla eos diuersitas, ab electionis vnitate disterminet, siquidem in prædicto Constantio, *omnium voluntates, atque consensum perdurare cognoscat. Tunc eum à proprijs Episcopis, sicut antiquitatis mos exigit, cum eius authoritatis assensu, solatiante Domino, faciat consecrare.* Eundem *eadem de causa,* Romano *patritio, & Exarcho* Italiæ *comendat.* Consecratus *ad* Ecclesiam *suam, profectus est. Et à suis bene receptus. Qua de re per* Epistolam *congratulatus est illi, & admonet se transmisisse, pallium, ad sacra missarum sollemnia ad vtendum*

C eum

eum in multis Epistolis, ad Theodolindam Reginam Longobardorū laudat, hortaturq́, vt quia à quibusdam Episcopis seducta fuerat, & se separauerat ab illius communione, ad vnitatem redeat, ob idque etiam efficacius persuadendum Ioannem Abbatem, & Hipolytum notarium transmisit. Ad eum vt ecclesiasticæ disciplinæ reparatorem. Vna cum Venantio Lunensi Episcopo, committit visitationem quorūdam locorum religiosorum Laudensium, qui ab tramite disciplinæ deuiassent. Et mandat vt canonica vltione corrigat, quos à Canonū statutis recessisse repererit. Quod & præstitit: Nam ipsum Gregorium consuuit, quid de quibusdam depositis agendum esset & quomodo ad pœnitentiam forent deputandi. Eidem causam Maximi Episcopi Salonitani committit: Qui tam nimietate precum, quàm attestatione bonorum operum præualere diu cum Gregorio cōtenderat. Tandem quantum eum dilexerit, patet ex Epistola 86. libro 7. Illi enim

reli-

reliquias D. Pauli, necnō S S. Ioānis, & Pancratij direxit. Qui cum per annos V I I. Ecclesiam Mediolanen. rexisset: Sollicitus, vt ait idem Gregorius, in Ecclesiasticæ regulā disciplinæ, & vigilans in tuitione Ciuitatis Mediolanen. abijt ad Dominum. Hic subscripsit Epistolæ D. Gregorij, in qua multa priuilegia concessit, Gairaldo Abbati S. Medardi monasterij Suesionensis.

XXXV.

ADEODATVS Diaconus Ecclesię Mediolanen. Quoniam obeunte pastore, sine proprio, Ecclesiam illā, non decebat esse, Antistite: à Clero, & populo, Deo authore, vnanimi consensu eligitur. Quod omnino fuit gratum, D. Gregorio, licet non moribus, sed solum specie tenus, ei notus esset. Et qa nihil erat, quod ei ex ante acta vita, per sacros posset canones obuiare, & ad tenendam disciplinam, vel exhibēdum regimen, idoneus repertus est. Decreto ipsius solenniter est ordinatus. Et ne vlla mora, in eo ordinando

posset cōtingere, propter minas Agilphi Longobardorum Regis, qui alium eligere vsurpatione præsuntionis minabatur. Pantaleonem notarium suū, transmisit ad Vrbem Ianuensem, qui eum annuente consensus sui authoritate, consecrari fecit. Hic in Ecclesia Mediolanen. administranda contra edicta & furorem, Regum *Longobardorum, intrepide se gessit. Et ideo à* Gregorio Pont. *summopere dilectus. Qui cum Ecclesiam sibi commissam, rexisset annis xxviij.* Gregorio. *Dein* de Sabiniano I. *post* Bonifacio i i j. *&* *iiij. post Deodato, tū Bonifacio* V. *migrauit ad Dominum, Honorio* I. *Pont.*

XXXVI.

AVSTERIVS *Romanus, ab Honorio primo, Archiepiscopus creatus, & ad regendam* Ecclesiam *Mediolanen. profectus. Vestigia Deodati sui predecessoris, in regenda, & administranda Ecclesia sibi commissa secutus est. Qui cum sedisset annis ix. eodem* Honorio *primo* Pont. *quieuit in pace.*

PHOR-

XXXVII.

PHORTIVS Seuerino I. Pont. Archiepiscopus factus, ob morum grauitatem, & vitæ integritatem, à Theodolinda Longobardorum Regina, summo honore habitus, ipsam Reginam, ad charitatis exempla reuocauit: sedit annos iij.

XXXVIII.

IOANNES Bonus Ianuensis patria: Theodoro primo Pont. mansuetudine, religione, & doctrina clarus, assumptus ad regendam Ecclesiam Mediolanen: ab eodem Pont. missus ad visitandam Theodolindam Reginam. Cuius intuitu multas sacras ædes, magnis ædificijs, propria impensa, fabricauit, & plurimos fundos, & prædia, eisdem Ecclesijs assignauit, & precipue Ecclesiam celebrem in honorem S. Ioannis Baptistæ in Modoetia, attributis multis redditibus, & bonis mira opera fabricauit, & multa donaria, quę adhuc pn̄t uideri impertiit.

Et omnia bona Ecclesiarum, à Longobardis ablata restituit. Eius filia Cundiberga, quæ Rodoaldo VII. Lõgobardorum Regi nupsit, religionis, matris imitatrix facta, sicut illa Modætiæ, sic ipsa in Papiensi vrbe, eidem Ioanni Baptistæ, templum mirificum ædificauit, plurimo apparatu auri, & argenti. Hic Archiepiscopus ab eodẽ Põt. concessiones decimandi omnia bona Ciuium Mediolanen. *à* Gelasio I. *Pont. concessas obtinuit*. Et *miraculis clarus obdormiuit in* Domino, *cum sedisset annos X.* Magno *populi, & Ciuiũ dolore. Cuius funeris exequias Regali magnificentia, & impensa, ipsa Regina curandas mandauit, & proprijs manibus, incredibili humilitate in nobili sepulcro reposuit. Eius festum celebratur in Ecclesia Mediolanen. quarto Idus Ianuarij.*

XXXIX.

ANTONIVS *Fontana ciuis: Deodato II. Pont. Archiepiscopus creatus. In extirpandis Longobardorum hæresibus ita inuigilauit, & pastoralis*

officijs,

officijs, exemplo pie vixit, & in omni vita admirabilis Episcopaliumq; virtutum laude insignis, vt viuens ab omnibus tanquam sanctus, ac beatus veneraretur. Ecclesiã administrauit ann. 3. post quos abijt in cęlum. Sepultum est corpus ipsius, in Ecclesia S. Simpliciani, et anno LXXXII. *supra* M. D. *in celeberrima illa translatione facta ab religiosissimo Archiepiscopo Carolo Borromeo S. Praxedis Cardinali, honestius tumulatum fuit.*

X L.

*M*AVRICILLVS *Dono I. Pont. magnam populi totius Ecclesiæ Mediolanen. ob morum probitatem, & vitę sanctitatem, de se cõceperãt opinionem. Sed cum tantum per tres menses præfuisset, Ecclesię sibi commissæ, magno omnium mœrore obdormiuit in Domino.*

X L I.

*A*MPELIVS *eodem Dono Põt. Archiepiscopus factus. Cuius eluxit Sanctitas, tum in religiose factis, tum in miraculis, ad eius Sepulchrum diuinæ*

uinq editis, tandem in in SS. numerū relatus est, à Ioanne V. Pont. Eius festum, viij. Idus Iulij Ecclesia Mediolanen. celebrat, eius corpus positum est in Basilica sancti Simpliciani, & eadem translatione solemni facta, M. D. LXXXII. *veneratum. In qua translatione sequentia carmina edita sunt.*

Terrę vitis eras liquore dulci:
In cœlo quid eris? tuus liquor iam
Non est ampelius; magis vocandus
Est nunc Ambrosius, duo manent vos:
Ciues Ambrosij; patronus ille,
Et qui ante Ampelius fuit superstes,
Hem nos respicite optimi parentes,
Liquorem date filijs supernum.

XLII.

MANSVETVS *Sabellus Romanus Archiepiscopus, qui virtutibus, & insigni doctrina, & rerum diuinarum, scientia, ita floruit, vt admirabilis omnibus Patribus, in 6. Synodo Constantinopolitana, sub Agathone primo Pont. videretur, & admiraretur; summa laude, & doctrina, in eo concilio interfuit, & subscripsit, in hęc verba. Hęc est vera Dei, & hominis*

nis fides, vt duę credantur in Deo uo luntates, duęque operationes: eodem modo subscripsit, S. Damianus episcopus Papiensis, *cum prius ipsi, & alij plerique occidentales* Antistites, *tum ob itineris difficultates, tum per ætatem, & morbos, ad eam* Synodum *v j.* Constantinopolitanam *proficisci, non posse crederent, apud* Mediolanum *Synodum habuissent, & censuissent mittendas litteras, ad* Constantinum *iiij. eius nominis Imperatorem quibus suam exponerent fidem. Quæ adhuc extāt in 2. tomo* Conciliorum. *Quę incipiūt: Domino serenissimo, atque tranquilissimo. & à Deo coronato, religiosissimo, Constantino Imperatori. Mansuetus* Mediolanen. *Metropolitan. Ecclesiæ, indignus episcopus, vel vniuersa sancta* Episcoporum *fraternitas. quæ in hac magna regia vrbe conuenit, æternam in* Domino *salutem. Si apicem imperialis fastigij, & infulas sacratissimæ potestatis, auis, et proauis uestris, cælitus attributū cognouimus, et ꝑ meritorū actib⁹, ad uos ꝑpa-*

gatum scimus. Dignum est ijs vos æquiparare vestigijs, quorum & celsitudinem obtinetis, nec disparilia debent esse instrumenta cælestia, vbi paria possidẽtur sceptra regalia, & quæ sequuntur. Tandẽ cum sedisset annis V. sanctissime administrata Ecclesia sibi commissa, & ab vniuersa fideliũ Ecclesia, sũmo honore habitus, quieuit in Domino*: & sepultus est, in Ecclesia S. Ambrosij. Eius festum* II. Kal.Martij *Ecclesia Mediol.celebrat.*

XLIII.

BENEDICTVS *Crispus, ciuis: Archiepiscopus à Sergio* I. *Põt. creatus, in tota Italia, nõ solũ in humanarum, sed & in diuinarum eruditionũ scolis inclitus, & clarus fuit. Nõnulli comentaria laude digna cõposuit. Qui cum Romæ etiam causam, pro Papiensi Ecclesia diu egisset, perdidit. Quia ibi declaratum fuit, Papiensem Episcopum,* Romanæ *Sedi tantum,* non *Mediolanensi Episcopo, obtemperare debere.* Cum *iam prius* Crispinus *Papiensis*

*pienſis Epiſcopus,*Epiſtolę Synodicæ, *quam* Euſebius *Archiepiſcopus Mediolanen. coacta Synodo* Epiſcoporum *prouincialium confecerat, & ad S. Leonem I. Pont. tranſmiſerat, ſubſcripſiſſet. Et* Damianus *itidem epiſtolę conſcriptæ ad* Conſtantinum *iiij. Imperat. Cuius ſuperiori capite mentio facta eſt. Romę cum hic Archiepiſcopus degeret: Cędual Rex* Angloſaxo*num gentilis, & ad Chriſtum conuerſus, in S. Petro, à Sergio Pont. baptizatus, &* Petrus *vocatus, ibi moriens ibidem ſepultus eſt. Benedictus eius Epithaphium compoſuit. Quod quia diu, cum arca ſepultum, cui erat inſculptum iacuit, & annis præteritis, ab effoſoribus fabricæ Baſilicæ* S. Pe*tri repertũ fuit, libuit hic aſcribere, quo eius doctrina, et pietas teſtatior eſſet. Tandem omni virtutum laude clarus, cum ſediſſet ann. xlvij. Sergio I.* Ioanne *vj. & vij. Siſino,* Conſtan*tino,* Gregorio *ij. & iij.* Pontif. *In ſenectute bona, quieuit in* Domi*no.*

Epithaphium Ceadual Regis Anglosaxonum, à Benedicto Archiepiscopo compositum.

Culmẽ,opes,ſobolẽ,polẽtia regna triũphos
Exuuias, proceres, mœnia,caſtra,lares,
Quęq. patrũ virtus,& quæ cõgeſſerat ipſe
Armipotens cedual,liquit amore Dei,
Vt Petrũ, Petriq. ſedẽ, Rex cerneret hoſpes
Cuius fonte, ſacras ſumeret albus aquas.
Splẽdificumq. iubar radiãti carperet haſta
Ex quo viuificus fulgor, vbique fluit.
Perſpiciensq. alacer rediuiuæ,præmia vitæ
Barbaricam rabiem, nomen & inde ſuum,
Cõuerſus,conuertit ouans, Petrũq. vocari
Sergius antiſtes iuſſit,& ipſe pater.
Fõte renaſcẽtis quẽ Christi gratia purgãs
Protinus ablutum, vexit in arce poli.
Mira fides Regis,clemẽtia maxima Christi
Cuius conſilium,nullus adire poteſt,
Soſpes enim veniẽs,ſupmo ex orbe Bitãni
Per varias gentes,per freta perq. vias.
Vrbẽ Romuleã vidit,tẽplumq; verendum,
Aſpexit Petri,miſtica Dona ferens.
Candidus inter oues Christi ſociabilis ibit,
Corpore nam tumulũ, mẽte ſupna tenet;
Cõmutaſſe magis ſeptrorũ inſignia credas
Quem regnum Christi,promeruiſſe vides.

XLIIII.

T HEODORVS *huius nominis ij. à Gre-*

à Gregorio iij. Pont. Archiepiscopus creatus. Ceremoniarum Ecclesiæ Mediolanen. admirabilis restaurator. Nã cerimonię à B. Ambrosio, in Ecclesia Mediolanen. ordinatæ, vel pastorum incuria desierant, vel licentia clericorum inoluerant, vel denique, non intellectæ, cum intermitterentur. Ipse egregius ritum Ambrosianorum interpres, omnibus mature consideratis, ad pristinum statum, omnia redegit. Et cum sedisset annos xiiij. Zaccharia primo Pont. positus est ad patres suos.

XLV.

NATALIS à Zaccharia I. Pont. ob diuinarũ rerũ scientiam, Archiepiscopus creatus. Nã hebraice, greceq. valde doct⁹, & antiquitatis Ecclesiasticarũ rerũ vsu peritus, contra Arianos scripsit. Qua doctrinæ laude, et sanctimonia clarus, pro catholica fide multis exantlatis laboribus. Cũ sedisset annos ij. vocatus à Dño, abijt in cælũ, & miraculis clarus à Stephano ij. Pont. in numerũ SS. relatus, cuius festũ iij.

Idus

Idus Maij ab Ecclesia Mediolanen. celebratur. Sepultus est in Ecclesia S. Georgij in Palatio, apud quam canonicam construxerat.

XLVI.

ARIFREDVS Archiepiscopus, à Zaccharia I. Pont. creatus. Tantū menses 8. rexit Ecclesiam Mediolan.

XLVII.

STABILIVS Zaccharia primo Pont. Archiepiscopus creatus Ecclesiæ Mediolanensi præfuit annis ij. menses iiii.

XLVIII.

LAETIVS Marcellinus ciuis comes peregrinationis, Stephani ij. ad Pipinum Gallorum Regem. Ab eodē Zaccharia primo Pont. Archiepiscopus creatus. Vir omni pietate insignis, & erga pauperes, admirabili charitate præfulgens. Qui cum Ecclesiam Mediolanen. administrasset annis 14. Stephano iij. Pont. migrauit ad Dominum.

XLIX.

THOMAS Crassus ciuis admirabili san-

li sanctitate praeclarus Nam more pauperis peregrini, deuotionis causa, totam Hierosolymorum *regionem per lustrauit*. Postea *Stephano i i j. Pont.* Archiepiscopus *creatus : Ambrosiani ritus defensor accerrimus extitit. Hic baptizauit, filiam* Pipini *Regis Francorum, nomine Glissam, ita iubēte ipso* Pipino. *Antequam Episcopus esset, interfuit Synodo Lateranensi, sub eodem Stephano, Ecclesiae Mediolanen. praefuit, admirabili pruden tia, & sanctitate clarus, obdormiuit in Domino. Sepultusq; est in Ecclesia S. Laurentii sub altare S.* Petri.

L.

PETRVS *Oldradus ciuis, Adriani primi* Pont. *Secretarius. Ab eodē missus in Galliam, ad solicitandam expeditionem Caroli magni in Longobardos: ab eodem Adriano, creatus* Archiepiscopus, *à* Carolo *magno in tanto honore, & reuerentia habitus. Quod ei, & Archiepiscopis successoribus, Vrbis* Mediolani *Dominium, et iurisdictionem concesserit temporalē.*

Quae

Quæ priuilegia, & concessiones vsque ad Otthonem vicecomitem durarunt. Caroli, insuper filiam, in Italia natam in Vrbe Mediolani baptizauit. Extãt istius Archiepiscopi, *epistolę ad* Carolum *magnum, inter quę est illa celebris, de translatione corporis* B. Augustini *ex* Sardinia, Papiam, *facta à* Luitprando *Rege* Longobardorum, *& sermones ipsius insuper ad populum in festis, D.* Barnabę, *et Nazarij, mira eruditione referti, & tanto* Archiepiscopo *digni, sedit annos xxvij.* Adriano *primo, &* Leone *iiij.* Pont.

LI.

ALIPETRVS *Crassus ciuis, vir summa vigilantia, vestigijs sui prædecessoris inherendo iurisdictiones temporales, admirabili iustitia stabiliuit, ab omnibus paterna dilectione amatus, summa integritate rexit Ecclesiam Mediolanen. sub* Leone *iiij.* Pont. *annis nouem.*

LII.

ANSELMVS *huius nominis primus*

mus Bilius ciuis. Diuinis contemplationibus deditus, multis virtutum meritis florens, ardenti charitate erga pauperes. A *Paschale primo Pont.* Archiepiscopus *creatus, rexit* Ecclesiam Mediolanen. *annis* 4. *sub eodem Pont.*

LIII.

B ONVS *à Castiglione ciuis, iurisdictionis Ecclesiæ* Mediolanen. *accerrimus defensor ab Paschale primo Pont.* Archiepiscopus *creatus cum sedisset annos iiij. sub Eugenio ii. Pōt. ingressus est viam vniuersę carnis.*

LIIII.

ANGIBERTVS *Pusterla, huius nominis primus ciuis, rexit Ecclesiam* Mediolan. *tantum menses sex.* Reliquias *S.* Mēnæ *Archiepiscopi sui prędecessoris in decentiori loco transportauit.*

LV.

ANGILBERTVS *de Posterla ciuis: In munere* Archiepiscopali, *pie uersatus, Pauperum parens, viduarum pater.* A Lodouico Pio Caroli Magni *filio, in*

in summa veneratione habitus, cui ab eodem, priuilegia à Carolo Magno, *Petro Oldrado Archiepiscopo, & successoribus concessa, rata, & firmata fuerunt. Hic Archiepiscopus*, Altare *aureum, mira operis excellentia fabricatum, & prætiosis margaritis ornatum, Ecclesiæ Ambrosianæ* DD. *& Ecclesiam à* Gregorio iiij. *Pont. sibi commissam, pietatis studio, ac summa vigilantia, peramplius triginta annis intrepide rexit. Huius Archiepiscopi, tempore sacra corpora*, SS. *Martirũ, Primi, & Feliciani, de quibus in libro in libro Sacramentorum, & antiphonario* S *Gregorij, fit vbique ex* Rom. *auctoritate, vt Radulphus scribit. Extant eorum res gestę apud Surium in Tomo 3. sed multa, quæ de eisdem leguntur, cum minus consentiant verę traditioni non probantur. Sergij ij. Pont.Max. concessu ab Vrbe Roma, Legiunum quod oppidũ est Diœcesis Mediolanen. translata sunt Anno à* Christo *nato* D c c c. *v j. Cuius translationis monimentum, in hæc*

verba

verba transcriptum legimus. Hic S. Primi martyris corpus venerandum, in Christo humatū, quiescit. Quod Deo dignus Papa Sergius iunior, Ereberto illustri viro, concessit, ab Vrbe Roma, cum himnis, ac laudibus spiritualibusq. canticis, dum esset translatū. quem inter Sanctos, eius spiritus teneat primatum, in multis virtutibus, & signis est declaratum. Reconditum *est corpus* B. *Primi* Martiris, *cum* Reliquijs S. *Feliciani, anno Incarnationis D.N. Iesu* Christi *D c c c. v j Kal* August. *Indictione* 8. *ordināte D. Angilberto Archiepiscopo: Anno xxiij. Passio SS. vj. Idus Iunij recolitur.*

L V I.

*T*HADO *ob ingenij subtilitatem, et rerū diuinarū scientiam, sapiēs est appellatus. Et merito, nam de hoc Archiepiscopo, Nicolaus I. Pont. in decretis suis sic loquitur. Scriptum super hoc, proprijs manibus roboratum efferentes, & sententiam, quam à Sede Apostolica, in Engeldrudam vxorem* Bossonis *sanctissimus Frater noster*

ster Archiepiscopus Mediolan. Thado, & cæteri Episcopi nostri petierũt admittendam. Hic cum sanctissimè rexisset Ecclesiam Mediolanen. annos vj. sub eodem Pont. moritur.

LVII.

ASPERTVS, siue Arbutius, Confalonerius ciuis. Primum Ecclesiæ Mediolanen. Archidiaconus. Deinde ab Adriano ij. Pont. Archiepiscopus creatus. Ecclesiam in honorem sancti Satyri fratris D. Ambrosij exstruxit, & in ea collocauit corpus S. Mauricilij Archiepiscopi. Rexit ecclesiam Mediolanen. summa integritate, per annos xiij. Adriano ij. & Ioanne viij. Pont.

LVIII.

ANSELMVS huius nominis ij. Capra cius. Intuitu Caroli Imperat. à Ioanne viij. Pont. cum è Gallis Romam rediret, in Vrbe Mediolani summa populi lętitia, Archiepiscopus creatus est. Rexit Ecclesiam Mediolanen. annis xiiij. sub eodem Ioanne, Martino ij. Adriano iij. Stephano v.

For-

Formoso, & Bonifatio vj. Pont.

LIX.

LANDVLPHVS *Crassus ciuis, à Romano primo Pont. Archiepiscopus creatus. Rexit Ecclesiam Mediolanen. annos iij.*

LX.

ANDREAS *Lampugnanus ciuis, à Leone V. Pont. Archiepiscopus creatus. Rexit Ecclesiam Mediolanensem annos vj.*

LXI.

ATTHO *Oldradus ciuis: comes itineris, Sergij iij. Pont. dum ad Lotharium Gallorum Regem proficiscitur magna Mediolanensium ciuium multitudine comitatus. Deinde eundem Pontificem, è Gallia vsque Romam secutus, & itineris distractione defessus, & senio confectus, Romæ magno Pont. & ciuium Mediolanensium dolore moritur. Cuius corpus, in monte Auentino, in Ecclesia sanctorum Bonifatij, & Alexij sepelitur, cum Ecclesiæ Mediolanen. præfuisset annos XIII.*

In

In horto Ecclesiæ, hæc carmina vetustate excsa vix leguntur.

Discat qui nescit qđ Episcop. hic requiescit
Aitho Oldradus multa pietate . . .
Sergium qui Păpam. . . . .
Per mare pterras sĕquitur per . . . .

LXII.

GARIBERTVS, *à Ioăne x. Pōt. Archiepiscopus creatus: Intrepide p duos annos, rexit Ecclesiam* Mediol. *Eius opera Albericus* Balbianus. *Qui in agro Ticeno dominabitur, Saracenos profligauit.*

LXIII.

SAMBERTVS, *siue Lambertus à Ioanne xi. Pont. Archiepiscopus: creatus. Ianuensibus copias auxiliares contra Saracenos, qui ex Africa venientes, Genuam ceperant, & diripuerant, trucidatis omnibus, qui arma induere poterant impuberes, & mulieres omnes, nauibus imposuerăt, & ingenti ditati præda, domū regredi ceperant. Genuenses copijs Archiepiscopi Lamberti confisi, classem tumultuarie coadunarunt, & illos cum*

ingen-

ingenti fremitu insecuti sunt, & de hostibus ingenti strage edita, prædam omnem, cum liberis, et vxoribus, recu perarunt. Rexit Ecclesiam Mediolan. annis 9.

LXIIII.

HILDVINVS *Tassonus Gallus: Monacus ordinis S. Benedicti, Stephani viii. Pont. familiaris. A Martino iii. Pont. Archiepiscopus creatus. Et ad regendam Ecclesiam* Mediolan. *missus. Scripsit libros duos, de vita, & gestis,* S. *Dionysii* Apostoli *Gallorum.* Rexit *Ecclesiam sibi commissam, multa prudentia, & sanctitate, annis 6.*

LXV.

ARDICIVS *Cetta ciuis, ab* Agapeto, *I I.* Pont. *Archiepiscopus, creatus. Hic maximo auxilio fuit Othoni Impera. apud Ticinũ, in insuperando Berengario, &* Alberto *eius filio, qui iurisdictionem Ecclesiasticam vexabant. Cum per annos 8. Ecclesiam sibi commissam rexisset moritur.*

ALA-

LXVI.

ALAMANVS Mendosius ciuis: Primum Ecclesię Mediolanen. presbiter ordinatus. Deinde à Leone viij. Pont. Archiepiscopus creatus. Tanta fidei catholicę zelo eluxit. Quod Parassum nobilem, & vetustam Lombardiæ ciuitatem, in Glarea abduæ conditam, Antrophormitarum hęresi infectam; nec sacris patrum monitis obtemperantem, sed in hæresi obstinato animo perseuerãtem, immo eam ob rem circumuicinas Vrbes catholicas continue armis vexare non desistentem ab eo, atque alijs comprouincialibus Episcopis Placentin. & Cremonen. destruxerunt ac solo penitus coequarunt. adeo, ut vix Vrbis vestigium remanserit, vt altera Hierico licet aliquę ruinæ, Vrbis antiquæ dignitatem demonstrarent.

LXVII.

VALBERTVS Medices ciuis, à Ioanne xiij. Pont. Archiepiscopus creatus, & in Germaniam ab eodem Põt. missus ad implorandum Otthonis Impera.

Impera. auxilium contra Scismaticos, & sua prudentia, adeo solicitauit Impera. in auxiliũ ipsius Ioãnis Põt. qui à seductoribus, in Adriani mole tenebatur in carcere, vt opera ipsius, Pontifex, ab insidijs inimicorum, liberaretur, & in pristinam dignitatem restitueretur, scismaticis, & seditiosis morte, & exilio mulctatis.

LXVIII.

MANASSES Schismaticus, primum Ecclesiæ Mediolanen. Diaconus, sedit contra Valbertum.

LXIX.

ARONVLPHVS huius nominis primus: Scripsit historiam sui temporis, in qua narrat Vrbem Mediolan. pene habitatoribus desolatam, ob vermes, à puluere generatos.

LXX.

GOTTOFREDVS à Benedicto vj. Pont. Archiepiscopus creatus.

LXXI.

LANDVLPHVS Carcanus ciuis, & schismaticus. Opera, et auxilio Otthonis ij. Impera. Archiepiscopus

creatus, bona, & iura Ecclesię Mediolanen. vt talium mos est dilapidauit, nam ciuibus, & Forensibus, decimas relaxauit, vt salutaretur Archiepiscopus, & vt populi fauore in ea dignitate persisteret. Hic vt dicitur, à fundamentis exstruxit Ecclesiam, & dotauit monasterium S. Celsi.

LXXII.

ARONVLPHVS *huius nominis ij. Arciagus ciuis: à Gregorio v. Pōt. contra Landulphum, creatus Archiepiscopus. Post sedatam vrbē, & Dioecesim Mediolanen. expulso Lādulpho schismatico, ab eodē Pōt. missus Constantinopolim, ob multas causas, sed praecipue, vt in matrimonium Otthoni iij. Imperat. affinis sui copularet, filiā Nicephori Imperat. à quo perbenigne susceptus est, vna cum multitudine ciuium Mediolanen. quae eum secuta fuerat, & in requisitis bene expeditus: & insuper ab eodem Nicephoro, multis muneribus donatus, pręcipue aeneo serpente, quem Graeci ex eiusdē ęrae dicūt, cōflatū, quem Moyses in de*

serto

ſerto erexit. Hunc reuerſus in patriã in Baſilicam Ambroſianam, ſuper columna marmorea repoſuit.

LXXIII.

Heribertus Intimanus ciuis, Gerardi de canturio filius, à Sergio iiij. Pont. Archiepiſcopus creatus Primo omnium Archiepiſcoporum, in vrbe Mediolani, coronauit Corradum Imperat. Qui deinde Romæ à Ioanne xx. Pont. corona aurea decoratur. Poſtmodum in vrbe Mediolani, eadẽ corona coronauit Henricum ij. Imper. Qui poſtea Romæ, à Benedicto ix. Pont. corona aurea coronatus eſt.

LXXIX.

GVIDO Valuaſorius, de Velate ciuis: Primo Canonicus Ordinarius Eccleſię Mediolanen. a Leone ix. Pont. Archiepiſcopus creatus. Iuſſu eiuſdem Pont. interfuit in Concilio Vercellẽſi, contra Berengarij Andegauenſis Ardiaconi errorem. Qui cũ diu ſanctitate, & doctrina inſignis, & clarus fuiſſet, ob doctrinæ ſuæ amplitudinem, primo confuſus, in

Eucharistiæ sacramento, turpiter errauit; & multorum animos ipso suo errore infecit. Sed *diuina postea illustratus gratia, errorem suum in publico concilio* Vercellis *habito emendauit, vt habetur in decretis.*

LXXV.

GOTTIFREDVS *Simoniacus, & schismaticus, sedit contra Guidonem.*

LXXVI.

THEALDVS *a* Castigliono *ciuis Herici Imperat. auxilio suffultus, & opibus adiutus* Ecclesiam Mediolan. *inuasit. Quam ob causam à Gregorio vij.* Pont. *sacris ordinibus interdictus, exul* Aronæ *moritur, & ibi sepelitur.*

LXXVII.

ANSELMVS *de* Rho, *ciuis, ab* Alexandro *ij.* Mediolanen. Pont. *Archiepiscopus creatus, præfuit concilio Mantuano, in quo, scismate quod Gibertus* Parmensis *vir potentissimus, annuente* Henrico *Imperat. excitauerat, creando* Pontificem, *Cadolum antea* Parmensem *episcopum, composito schismate opera, et industria ipsius*

Ansel-

Alselmi. Idem Alexander Papa, ab omnibus confirmatur, & pastor catholicus adoratur.

LXXVIII.

ARONVLPHVS *huius nominis iij. Oldradus ciuis, ab Vrbano ij.* Pont. *iam antea magistratu pulsum. Quod ab vno tantum episcopo, contra ius diuinum, cõsecratus fuerat, in gratiam receptus, cum antea mutato habitu, eius caussa in cœnobio, sponte, ac sanctissime vixisset. & eidem pallium supliciter petenti, cum integra potestate transmisit. his verbis: Litteris tuis exorati, cum* Apostolicæ *sedis benedictione, pallium fraternitati tuæ mittimus:* Hic *cruce signato Othone vicecomite, cum septem millibus militibus, in expeditionem* Hyerosoli*morum, contra saracenos misit, & ab eodem* Pont. *missus ad Henricum iij. Impera. cum mandatis, vt desisteret à collatione episcoporum, ab eodem Impera. contumelijs affectus, reuersus in patriam, dolore animi interijt, ob malam voluntatem, Impera. con-*

tra Pontificem. Sepultus in monasterio s. Victoris ad corpus. Quod viuēs magnifice struxerat, multis prædijs dotauerat, & redditibus auxerat.

L X X I X.

Anselmus huius nominis ij. Valuasorius ciuis, à Gottifredo schismatico, & suis sequacibus, fidei, & religionis causa in exilium missus. Post varias, & innumeras calamitates, à Paschale ij. Pont. vocatus, & Archiepiscopus designatus post mortem Aronulphi summa populi gratulatione suscipitur expulso Gottifredo, cum suis sequacibus qui iterum seditiones, in populo concitabant.

L X X X.

Chrisolaus Comitissæ Mathildis *affinis, à Paschale ij. Pont. Archiepiscopus creatus, de sancta* Romana *Ecclesia, benemeritus, summa cum laude administrata Ecclesia* Mediolanen *moritur, Romæ sepelitur in Ecclesia S Sebastiani.* L X X X I.

Iordanus de Cliuo *ciuis, eius opera laudenses victi, & deinde iureiurando*

do astricti se amplius, Impera. partes, non sequturos. Hic contra Henricum iiij. Imperat. quem pauloãte in Vrbe Mediolani coronauerat, parato exercitu ciuium Mediolanensium, vna cũ Comitissa Mathilda, in fauorem Paschalis ij. Pont. cuius iussu pacatis cũ Henrico Imperat. rebus: Cõcilio Guastaldo interfuit. Huius Archiepiscopi opera, & industria Comitissa Mathilda moriens, omnia bona sua, B. Petro, & S. R. E. Pont. reliquit.

LXXXII.

Honorius Capitanius Vicedominus ciuis, primũ Archipræsbiter Ecclesiæ maioris Mediolanen. *Deinde à Gelasio ij. Põt. Archiepiscopus creatus. Rexit* Ecclesiam *sub eodem Gelasio, & Calixto ij. Pont. annis iiij.*

LXXXIII.

Anselmus Pusterla ciuis: huius nominis v. cũ D. Bernardus recusasset, Archiepiscopatus administrationẽ, ad quã, à populo Mediolan. electus, et ab Hono. ij. Põt. cõfirmatus fuerat, ab eodẽ Põt. creat⁹ Archiepisc. ob cõstãtiã,

& beneuolentiam ipsius, erga Pont. Romanum. *Nam à Calisto ij.* Pont. *missus in Germaniam, vna cum* Lamberto *episcopo Ostiensi, qui post Calistum creatus* Pont. *Honorius ij. fuit dictus, & Gregorio* Paparesio *Romano presbitero Cardinali, qui deinde creatus* Pontifex *dictus est Innocẽtius ij. ex qua missione, insignis illa pax, et concordia, inter sacerdotium, & Imperium consecuta est: anno plus minus quinquagesimo, ex quo inter Gregorium viij.* Pont. *& Henricum iiij. Imperat. discordia ingẽs ob sacerdotiorum collationem excitata fuerat.* Hic Archiepiscopus *fregit audaciam episcopi* Astensis, *qui nolebat inter suffraganeos Ecclesiæ Mediolanen. connumerari:* Lotharium *Impera. regia magnificentia in Vrbe Mediolani suscepit, et corona ferrea coronauit,* Sanctum Bernardum, *sæpe, & sepius perbenigne hospitio suscepit, Cuius intuitu* Alselmus *Archintus monasterium Clareualense, extra portam* Romanam *dotauit, & fundauit. Cuius*

exem-

exemplum Albertus Oldradus secutus monasterium de Cerete, in agro Laudensi, propria substantia fundauit, & dotauit, & B. Bernardo, & familiæ Cistercien. DD. Comum vrbē, hic Archiepiscopus, obsidione cinxit, agrum vastauit, & potius belli gloria, quam laude ecclesiastica clarus mortuus est, Romæ sepultus in ecclesia S. Sebastiani.

LXXXIIII.

ROBOALDVS *primum Episcopus Albensis. Deinde Ecclesię Mediolanen. à Celestino ij. Pont. Archiepiscopus creatus.*

LXXXV.

ALBERTVS *Pirouanus ciuis: Præfuit Ecclesiæ Mediolanen. in illa miserabili calamitate, qua Federicus cognomento barba russa post septem annos obsidionis, tandem iudæis prodētibus vastauit, & solo æquauit Vrbem Mediolanen. Insuper aratrum per circuitum Duci, & sal spargi præcepit. Quo tempore Reinoldus Archiepiscopus Coloniensis, ne quid illi*

calamitati deesset, corpora trium Magorum Mediolano, vbi ab Eustorgio, è Bizantio translata fuerant, asportauit. Hic Archiepiscopus, summa prudentia conuentu habito, in Ecclesia S. Iacobi de Pontida, agri Bergomen. de instauranda iterum Vrbe Mediolani cum finitimis ciuitatibus, votũ sui desiderij feliciter impleuit: sed morte præuentus non potuit perfrui desiderijs optatis.

LXXXVI.

Galdinus *à* Sola *ciuis, à pueritia deditus sacrarum litterarum studiis: primo Archidiaconus Ecclesię maioris Mediolanen. & per multos annos* Cãcellarius, Alberti Pirouani *Archiepiscopi, cui postea successit: sed primo ab Alexandro iij.* Pont. *creatus presbiter* Cardinalis *S.R E. Tit. S. Sabinæ, deinde creatus Archiepiscopus Mediolani, & Legatus de latere, in tota* Gallia *Cisalpina: contra* Federi*cum barbarossam.* Hic *primus, post dirutum* Mediol. *inhęrendo vestigijs sui prędecessoris Mediolanũ felicissimis*

mis auſpicijs inſtauraūit: vndique collectis ciuibus diſperſis, & in patriam reductis. Hic Archiepiſcopus, omniū Vrbium Galliç Ciſalpinç conſenſu, apud Roueretum, prope Tanerum fluuium Alexandriam ciuitatem in honorem Alexandri iij. Pont. à fundamentis ædificauit. Cui nouæ ciuitati, Epiſcopum dedit, anno ſalutis noſtrç, M. C. l x x v. Hic Archiepiſcopus, Epiſcopos omnes, à Federico Impera. electos priuauit. Cum quibuſdam Epiſcopis catholicis, corpus ſancti Baſſani Epiſcopi Laudenſis, ex veteri Vrbe, ad nouam tranſtulit: Papienſes pecunia mulctauit, eo quod adheſiſſent partibus Federici Imperat. cum antea Pont. Papienſem Epiſcopum, palij & ferendç crucis dignitate priuaſſet, quia in partes Imperatoris declinauerat. Tandem pace confirmata, inter eundem Federicum Imperat. & Mediolanen. aſſiduis precibus, & ieiunio totus addictus, quod de Eccleſia ſibi commiſſa ſancte gerenda, animo conceperat: Dei auxilio aſſecutus

D 6 *ſpe-*

spectata sanctimonia insignis. Senio confectus, cum de sugestu, contra Chatarorum hęresim, quam à grege suo propulsandam curauerat, concionandi vbi finem fecit, animam Deo reddidit, anno salutis M. C. L X X V I I I. *Cuius corpus, magna populi frequentia, procerum, & maiorum humeris in Ecclesia S.* Teclæ *portatum, repositum summa reuerentia fuit. Miraculis clarus, ab eodem Alexandro Pōt. in SS. numerum relatus est.* Eius *reliquiæ, deinde in* Basilica Metropolitana, *honestiori loco recōditę fuerunt.* Cuius *festum xiiij.* Kal. *Maij ab ecclesia Mediolanen. celebratur.*

L X X X V I I.

A L G I S I V S Pirouanus *ciuis: Ecclesię maioris Mediolanen. Cimiliarca. Orto schismate, inter clerum* Mediolanen. *de eligendo Archiepiscopo, una pars Archipręsbyterum, altera, Archidiaconū Ecclesię maioris* Mediolani, *in Archiepiscopum elegerat. Quibus discordijs cōmotus Alexander iij. Pont. motu proprio Algisium*

Ar-

Archiepiſcopũ creauit. qui tanta animi fortitudine rexit Ecclesiam, & populum ſibi commiſſum, quod armata manu, auſus fuerit, concurrere, & dimicare contra Federicum Barbaruſſam, iterum vaſtantem agrum Mediolanen. quem cum ſuis copijs fudit, & fugauit, & deinde Venetias ad Alexandrum Pont. ſe contulit à quo perbenigne ſuſceptus, eum deinde Romam vſque comitatus eſt. Reuerſus *in patriam, magno cleri, & populi dolore moritur.*

LXXVIII.

Lambertus huius nominis ij. Cribellus ciuis, primum Eccleſiæ maioris Mediolanen. Archidiaconus, deinde Vercellarum episcopus. Poſtea à Lucio iii. Pont. Archiepiſcopus creatus. Demum ſummus Pont. Vrbanus iij. Pont. dictus.

LXXXIX.

MILO *Candianus ciuis: Primo ab Vrbano iii. Pont. Eccleſiæ Mediolanen. Archipresbiter. deinde* Tau*rini Epiſcopus creatus, poſtmodum à*

Cle-

Clemente iij. Pont. Archiepiscopus Mediolanen. Henricum v. Imperato. vna cum Constantia Augusta vxore, in vrbe Mediolani, corona ferrea decorauit.

XC.

Vbertus huius nominis ij. Tertiagus ciuis: Primo Ecclesiæ Modœtiæ Archipræsbiter. Deinde ab Innocentio iij. Pont. Archiepiscopus creatus, pacem inter populum Mediolanen. & Comensem composuit: extant duæ epistolæ eiusdem Innocen. Pont. ad eũ. quod super quæstione inter ipsum Archiepiscopum, & monasterium S. Donati de Scozula, sententiam latam per Episcopum Veronensem confirmauit. Altera vero contra Passaguerram Mediolanen. detractorem curiæ Romanę.

XCI.

Philippus Lampugnanus ciuis: ab Innocentio iii. Pont. Archiepiscopus creatus, animi solertia lites, & discordias inter Mediolanen. & Ticinenses sedauit, extat epistola eiusdem Pont.

Pont. ad eundem , quod dignitatem Cancellariæ vacantem in Ecclesia Me*diolanensi conferat, Hugoni subdiaco no* Papæ.

XCII.

Vbertus huius nominis iii. Pirouanus *ciuis: ab Innocẽtio iii.* Põt. S. R. E. Cardinalis *creatus : postmodum* Archiepiscopus, *cum potestate legati missus, ad regendam Ecclesiam* Mediolanen. *Otthonem iiij. Imperat. in Basilica* Ambrosiana *coronauit.*

XCIII.

Gerardus *de* Sessio *Nouarien. primo* Nouarię *Episcopus electus : deinde ab Innocetio iii.* Pont. *Archiepiscopus creatus, sexto mense moritur.*

Henricus Settarra *ciuis, Ecclesię maioris* Mediolan. *Cimiliarca: orto schismate, inter clerum* Mediolanen. *de eligendo nouo Archiepiscopo. (Nam vna pars Archipresbiterũ, altera Archidiaconum, tertia Episcopum Vercellensem elegerat) ab Innocentio iij.* Pont. *summa populi lætitia Archiepiscopus creatur : Hic primus in Vrbe*

Medio-

Mediolani locum, & monasterium di-scipulis SS. Francisci, & Dominici assignauit. Nam remotis ab Ecclesia S. Eustorgij, canonicis, & presbyteris, eam Dominicanis, & in Ecclesia SS. Naboris, & Felicis, similiter Franciscanis, vna cum redditibus assignauit, in qua moriens sepelitur.

XCV.

Guglielmus Razalius, primũ Mediolanen. Ecclesiæ Archidiaconus sũmo omnium consensu à clero Archiepiscopus electus, & à Gregorio ix. confirmatus. Deinde ab eodem Pont. missus ad Federicum ii. Imperat. vt promissa impleret contra saracenos. Reuersus Mediolanum, cruciatam contra eundem Federicum publicauit: sedit annos x. sepultus in Monaster. Clareual.

XCVI.

LEO de Perego Valuasorius ciuis, ord. S. Francisci. Hic habita potestate, à Cælestino iiii. Pont. eligendi quem ipsemet vellet in Archiepiscopum, seipsum in eius dignitatem ele-

git.

git. Deinde ab eodem Pont. confirmatus, in curia ipsi' Archiepiscopi, Turriani plebis consules, multa bona insuper, & iurisdictionem temporalem Archiepiscopi, occuparunt: rexit Ecclesiam Mediolanen. annos xvi. sepultus in vico lignano, vbi palatium magnificum exstruxerat.

XCVII.

OTTHO *Magnus Vicecomes ciuis, à Gregorio x. affini suo, Archiepiscopatus dignitatem, obtinuit Archiepiscoporum, & Principum sui tẽporis, facile Princeps nam opibus, diuitiis, militumq́ copiis, ita floruit, vt ab omnibus cognomen, magni mereretur. In hoc solum defecit. (Præter quam quod in spiritualibus ineptus erat.) quod iurisdictionem vrbis Mediolani, à mensa Archiepiscopali segregauit. Nam filios fratris, hæredes instituit, magno Archiepiscopalis iurisdictionis detrimento, mortuus est, in monasterio Claraualensi, quem locum in ultima senectute sua, recreandi causa animi sui ob aeris temperiẽ, & re-*

& regionis à mentatem sibi elegerat, cum peruenisset ad suę ætatis annos octuaginta septem. Anno salutis humanæ M. D. C C X C V. de mense Augusti, regali pompa, humeris procerum corpus eius, magna populi frequentia & ingenti totius ciuitatis dolore, delatū in Vrbe Mediolani exequię eius, & funera maxima, totius suę iurisdictionis vrbiū & castrorū, pagorū, villarum, impensa: celebrata fuerunt instar potentissimorum Regum. In eius sepulchro in Ecclesia maiori sito hęc carmina leguntur.

Inclitus ille pater patrię, lux gloria patrū:
Fulgor iustitię, fidei basis, arca sophiæ,
Largitor veniæ, portus pietatis egenis,
Intrepidus pastor, quē moles nulla laborū,
Ardue deuicit, populo latura quietem,
Ille pius Princeps, & p̄pul amabilis in quē
Altus virtutū splendor, conuenerat omnis
Quo Mediolanū radiabat lampade tanta,
Totaq; fulgebat regio, nunc pace adēpto
Cara Vicecomitū ꝓles, venerabilis Otho
O dolor, ô uuln⁹, cinis est hoc marmore fa- (ctus
Chr̄e pr̄ vitæ, requiescat sp̄us in te,
Annis vndenis, ter senis, terque diebus,
Præfuit Ecclesiæ pastor bonus Ambrosianę
Mille ducenteno quinto, nouiesq. deceno
Quarto hic Augusti, bis, liqt gaudia Mūdi.

XCVIII.

Ruffinus Frisetius Lucensis, à Bonifacio viij.Pôt.Archiepisc.electus, tantum menses x. Ecclesiam rexit.

XCIX.

Franchinus Parmensis, *à Bonifacio viij.*Pont.*contra Viccecomites occupatores bonorum Ecclesię Mediolanen Archiepiscopus creatus. Hic summa vigilantia vicecomites, auxilio Alberti Scotti, & Cassonis* Turriani, *è ditione* Mediolani *expulit, & bona, & iurisdictionem mensæ* Archiepiscopalis *restituit.*

C.

Cassonus Turrianus ciuis, primum Patriarcha A*quilegiæ: deinde à Clemente v.*Pôt. A*rchiepiscopus creatus, ob auxilium, Franchino* Archiepisco*po, in expellendis ex Vrbe vicecomitibus, impensum, iurisdictionem mensæ* Archiepiscopalis *restituit:* Henricum Lucemburgum Imperat.*magnifice hospitio suscepit, & corona ferrea coronauit.*

CI.

Aicardus Antimanus Nouariensis, *ordi-*

ordinis prædicatorum. A Caſſono Archiepiſcopo miſſus ad Ioannem xxii. Pont. negotiorum cauſſa, poſt Caſſonum, ab eodem Pont. creatus Archiepiſcopus. Multa publica ędificia, ad ornatum vrbis conſtruxit: Matthæum Vicecomitem, una cum filiis, tanquam inuaſorem, iuriſdictionis eccleſiaſticæ excommunicauit. In feruore ſermonis, ad populum, multa mala, & calamitates damnaque, futura Mediolanenſibus prędixit. Quę deinde vera, & certa fuerunt.

CII.

Ioannes Matthæi vicecomitis filius: Primum Nouarię, à Ioãne xxii. Epiſcopus factus. Deinde à Clemente vi. Pont. Archiepiſcopus Mediolani creatus, contra rabiem, & furorem Ludouici Bauari Imperat. qui Galliam Ciſalpinam vaſtabat. Hic Archiepiſcopus vir potius bellica laude (Bellum enim contra Florentinos, & alias Etruriæ, & Flaminiæ vrbes intulit, necnon liguriam ſibi ſubiecit.) quam eccleſiaſtica diſciplina clarus,

potens

potens opere, & sermone, & pene totius Galliæ Cisalpinæ in temporalibus & spiritualibus Dominus. Erga S. R. E. mira deuotione, & humilitate propensus. Cuius intuitu, & odio in Bauarum, idem Clemens Pont. Luchinum Vicecomitem, & fratres ipsius Archiepiscopi, Vicarios, S. R. E. in Vrbe Mediolani, & Gallia Cisalpina creauit: sub hoc Archiepiscopo, penitus iurisdictio, & dominium temporale Archiepiscoporũ, Mediolani defecit. Huius tempore translatum est corpus Diui Petri Martiris ordinis prędicatorum, in Basilica S. Eustorgii, incredibili populi concursu, ecclesiasticique apparatus splendore magno. Et celebrata fuit hæc translatio, anno à Christo nato, M. c c c x l. die solemni, festo Pentecostes. Quo die comitia habebantur, fratrum ordinis Prædicatorum. Hic Archiepiscopus, cum regnasset annos xxi. mortuus est, & sepultus in Ecclesia Metropolitana, & in eius sepulcro, insculpta sunt carmina sequentia, non indigna licet sę-

culo

culo rudi facta, quæ legantur.

Quã fastus, quã põpa leuis, quã gloria mũdi
Sit breuis & fragilis humana potẽtia quã
Collige ab exẽplo, q trãsis plege differ, (sit
In speculo speculare meo lachrimabile ca;
q sĩ, q fui, ĩ hic et q marmore claudor (mẽ
Sãguine clarº erã, v cecomes stirpe Ioãnes
Presul erã, pastorq. fui, baculumq. gerebã
Nomine, nullus opes possidebat latiº orbe
Imperio, tituloq meo mihi Mediolani (ta
Vrbs, subiecta fuit laudẽse solũ Placẽtia gra
Aurea Parma bona Bononia pulcra cremõa
Bergoma magna satis, lapidosis mõtibºaltis
Brixia magnipotẽs, Bobiẽsis terra tribusq
Eximijs dotata bonis, Derthona vocata,
Cumarũ tellus, nouaq. Alexãdria pinguis
Et Vercellarũ tellus; atq. Nouaria, & Alba
Ast quoq cũ castris pedemõt si iussa subibãt
Ianuaq. ab antiquo quõdã iã cõdita Iano
Dicitur, & vasti narratur Ianua mundi,
Et Sauonẽsis arx, & loca plurima, quæ nũc
Difficile est narrare mihi, mea iussa subibãt
Tuscia tota meũ, metuebat lãguida nomẽ
Per me obsessa fuit populo florentia plena
Bellaq sustinuit, Tellus Perusina superba
Et Pisæ, & Senæ timidũ reuerẽter honorẽ
Præstabant, Me metuebat marchia tota
Italię partes omnes timuere Ioannem,
Nũc me petra tenet, Saxoq. includor ĩ isto
Et lacerãt vermes, laniãt mihi deniq. corpº
Quid mihi diuitię? q d lata Palatia prosũt.?
cũ mihi sufficiat, qđ paruo marmore claudor

Rober-

CI I I.

Robertus Vicecomes ciuis: Primum Ecclesiæ Mediolanen, Archipræsbiter deinde ab Innocentio vi. Pont. Archiepiscopus creatus, Carolum iiij. Imperat. hospitio regali, in Vrbe Mediolani suscepit: Cuius Archiepiscopi intuitu, idem Carolus Imperat. corona ferrea, ibi de more coronatus, Vicecomites in dominium Vrbis Mediolani, vicarios Imperiales instituit. Et à S. R. E. deuotione defecerunt.

CIIII.

Gulielmus huius nominis ij. Pusterla ciuis: primum Patriarcha Constantinopolitanus: Deinde ab Vrbano v. Pont. Archiepiscopus creatus.

CV.

Simon Borsanus ciuis, ab Vrbano V. Pont. S R. E. Cardinalis Tit. SS. Ioannis, & Pauli creatus: deinde, Archiepiscopus à Gregorio xi. Pont. factus.

Anto-

CVI.

Antonius ex Marchionibus Salutiarum, à Gregorio xi. Pont. Archiepiscopus creatus. Hic omnium primus, cum templum Maius Mediolani vetustum esset; & non admodum celebre, instituit, vt aliud extrueret nobilius, & insignius, vt patet ex multis eius epistolis, quod & obtinuit: Eius enim tempore adiuuante etiam Ioanne Galeatio vicecomite, funda-menta maxima iacta fuerunt, & incredibili prope impensa, & artis elegantia, solido marmore instaurari ceptum est. In honorem Beatę Marię virginis, & nostra ætate mirum in modum auctum est, & in dies augetur.

CVII.

Petrus Philargus, ordinis minorum in Crusinalio vico, diœcesis Nouariensis natus, vulgo de Candia dictus, vir Græcis, & latinis litteris peritus. Orator Illustris, & concionator insignis: eas ob animi dotes maximo in

prætio

oratio vbique fuit. Hic quippe ab adolescentia sua, ordinem minorum ingressus, adeo Parisijs, liberalibus studijs. & theologicę disciplinę vacauit, vt breui tempore publicè in scolis primatum tenuerit, & in libris sentẽtiarum docte, et acute scripserit: eam ob causam, à Galeatio Vicecomite nondum Duce, qui doctis, & eruditis viris, plurimum oblectabatur, accitus, primarium in suis publicis, & secretis consultationibus, locum tenuerit: & eius prudentia, & consilio, arduis in rebus vti voluit. Deinde ipsius Galeatij rogatu. Bonifatius ix. Pont. eum Vicentinum primo creauit Episcopũ. Postea loco mutato Nouariensis Episcopus, post Patriarcha Gradensis, postremo Mediolanensis Archiepiscopus, ab eodem Pont. creatus fuit: eoq́ in titulo, & dignitate constitutus, ad Vincislaum Imperatorem nomine ipsius Galeatij accessit: & Ducatus insignia, & titulum, ab ipso Vincislao, per eundem Galeatium, obtinuit. Qui Dux creatus intuitu ipsius Petri Ar

chiepiſcopi, multa prædia fabricæ maioris Eccleſię, aſſignauit. Deinde ab Innocentio viij. Pont. S. R. E. Præſbiter Cardinalis Baſilicæ SS. Apoſt. creatus. demum Pont. electus, Alexander V. vocatus eſt.

CVIII.

Ioannes huius nominis ij. Vicecomes ciuis: ab Alexandro V. Pont. Archiepiſcopatus creatus. Cuius amicitia, in humili fortuna intima fuit.

CIX.

Bartholomeus Capra ciuis, à Ioanne xxiij. Pont. Archiepiſcopus creatus, adminiſtrator, & curator Philippi Mariæ Vicecomitis Ducis: ab eodẽ Pont. ad tutelam Principis deſignatus: Sigiſmundum Imperat. corona ferrea, in Vrbe Mediolani coronauit. Interfuit Concilio Conſtantienſi, in quo, tanta eius auctoritas fuit, quod à Patribus, vna cum Iordano de Vrſinis Cardinali electus ſit Commiſſarius generalis, in tractandis rebus, ad Concilium ſpectantibus. In quibus, ita ſe prudenter geſſit, vt ſummopere Patres

tres

tres Concilij, & idem Imperat. doctrinam; & prudētiam, admiraretur: eius amore, & beneuolentia, Martinus V. Pont. è Concilio Constantiæ, in quo electus fuerat Pontifex, rediens Romam, inuitatus se contulit ad Vrbē Mediolani, Anno M. c c c c x i i x. Et à Philippo Duce, Regali magnificentia susceptus, & veneratus, vt dignum erat: Insuper in templo maiori, cuius altare maius cōsecrauerat, xvii. Kalen. Nouēbris. In eo recondens corpora xj. SS. Innocentium, & aliorum Sanctorum reliquias, concursu maximo populi, qui dicitur fuisse, ad centū millia virorum, Statua marmorea ornatus.

CX.

Franciscus Picolpassius Bononiensis, ob, in curia Romana contractam familiaritatem, in priuata fortuna, cum Eugenio iiij. Pont. ab eodem, Archiepiscopus creatus, huius decreto, in Ecclesia Mediolan. fit solemne festum SS. Fabiani, & Sebastiani.

CXI.

Henricus Alosius huius nominis

iij Papiensis patria. Primum Episcopus Derthonensis: Deinde ab Eugenio iiij. Pont. Archiepiscopus creatus: Postmodum S.R.E. Cardinalis, Tit. S. Clementis: Vir admodum insignis pietate, vt ex ipsius Cænotaphio, in Ecclesia apparet S. Clementis. (sācta

Heu decus, heu lumē, tibi nūc dom.⁹ īclita
De Alosio, perijt, tuus ipse colēdus Hericus
Hac requiescit humo, primū qui tpe lōgo
Presul ī Vrbe fuit. Derthone, dehinc q. Papię
Post Mediolani, facer Archiepisc. inde
Pro virtute sua, rubeo fuit, ecce galero,
Per Papā Eugeniū donatus ī ordine quart⁹
Hic pius, hic sapiēs, hic iust⁹, cast⁹, honest⁹,
Seruorumq. Dei protector, in oībus ardēs,
Hic testamētū, renuit sibi condere dicens
Cūcta fore ecclesiæ, se cūcta relinqre Chrō
Qui dedit, ac tandē cū sexaginta subijsset,
Annorū ætatē, Iubilei tempore Sancti,
Mille quadringētis qnquaginta, sub annis
Atque die quarta Iulij deuotus, & almus,
Spirit⁹ ille suus, Felix super astra volauit.

CXII.

Nicolaus Amidanus, ciuis Cremonensis: Nicolao V. Pont. primo Placentię Episcopus. Deinde ab eodem Pontifice Archiepiscopus Mediolani creatus.

Gabriel

CXIII.

Gabriel Sfortia, ordinis Heremitarum S. Augustini, scientia, & professionis Theologicæ eruditissimus, diuiniq; eloquij præco celeberrimus, Fran*cisci Sfortiæ, Ducis frater, ob priuatã in humili fortuna, amicitiam, à Nicolao v. Põt. Archiepiscopus creatus.*

CXIIII.

Carolus huius nominis primus Fo*roliuiensis, monachus, & Abbas S.* Celsi à Calixto iij. *Pont. Archiepiscopus creatus.*

CXV.

Stephanus Nardinus Foroliuiensis: Pauli ij. Pont. familiaris, ab eodẽ Pont. *Archiepiscopus, creatus: Deinde S.R.E. Cardinalis,* Tit. S. *Mariæ Transtiberim, ab eodem* Pont. *factus in pauperes, elemosinis largus:* Romæ *Collegium Nardinum instituit, in regione Parionis, in quo pauperes studiosi, gratis alerentur, Hospitali* Late*ranen. multa bona donauit.*

CXVI.

Ioannes huius nominis iij. Arcim-

 boldus

boldus ciuis : Primum Nouariæ Episcopus, à Paulo ij. Pont. factus. Deinde à Xysto iiij. Pont. S. R. E. Card. Tit. SS. Nerei, & Archilei, postmodum Archiepiscopus creatus: vir iuris ciuilis, scientia excellens, morum grauitate animiq. virtutibus ornatissimus, Basilicam Archiepiscopalem restaurauit.

CXVII.

Guido Antonius Arcimboldus, ciuis: Ioannis Cardinalis, & Archiepiscopi frater, ab Innocentio viij. Pont. Archiepiscopus creatus.

CXIIX.

Ottauianus Arcimboldus, ciuis: Pij iij. Pont. familiaris, ab eodem Archiepiscopus designatus, vtriusque signaturæ Referendarius scientia, & doctrina illustris.

CXIX.

Hyppolitus huius nominis primus Estensis Alphonsi Ferrariæ Ducis frater, S R. E. Cardinalis, ab Alexandro vj. Pont. Archiepiscopus designatus: vir admirabili prudentia, & iudicio,

in

in tractandis rebus arduis, & magnis, admirandus, ab omnibus Europę regibus summopere dilectus, & maximo in prætio, & honore habitus.

CXX.

Hyppolitus huius nominis ii. Estensis, Alphonsi Ferrarię Ducis filius, à Leone x. Pont. Archiepiscopus designatus: Deinde à Paulo iii. & à Pio iiii. Pontt. ad Gallorum Regem, cum potestate legati de latere, missus administrauit Ecclesiam Mediolanen. xxxiij. annis.

CXXI.

Ioannes Angelus Arcimboldus ciuis: Primum Clemente vij. Nouariæ Episcopus, deinde Iulio iii. Pont. Archiepiscopus creatus.

CXXII.

Philippus Archintus ciuis: maximus iurisperitus, Pauli iii. Pont. in Vrbe Vicarius generalis ab eodē primo Episcopus Salutiarum creatus: Deinde à Paulo iiii. Pont. ex Vicario Vrbis: Archiepiscopus Mediol. creatus: Ob Archiepiscopalem iurisdictionem

nem tuendam multas molestias perpessus: Bergomi moritur. Sed inde Mediolanum reducitur, & in Basilica Cathedrali sepelitur.

C.XXIII.

Carolus *huius nominis ii. ex comitibus Borrhomeis filius Comitis Giberti, &* Margaritæ *Pij iiij. Pont. sororis, primo ab eodem Pont. Referendarius vtriusque signaturæ: Deinde* Archiepiscopus, *& S.R.E. Tit.* S. *Praxedis* Cardinalis *creatus, & præfectus omnibus ecclesiasticis negotiis tractandis, & ob vitæ integritatem in officio sanctæ* Inquisitionis *electus. Demum totius* Italię *legatus de latere* Mediolanum *profectus, ecclesiam illam* Conciliis *Prouincialibus quæ post primum illum celeberrimum tertio quoque anno celebrauit, & vitæ sanctitate illustrauit, multa Sanctorū corpora reperit, reperta insigni pompa, et maxima celebritate reposuit inter quę, illa maxime elucet translatio* SS. *Simpliciani, Benigni, &* Geruntij *Archiepiscoporum, necnon sanctorū* Sisinii

Sisinii, Martirii, & Alexandri martyrũ, celebrata anno M. D. LXXXII. *tẽpore Cõcilii sexti Prouincialis. Cui oẽs Episcopi Suffraganei, fere interfuerãt, & maiora faciet, si Deus Opt. Max. illum diu Ecclesię suæ incolumem seruauerit.*

F I N I S.

ROMÆ,
Apud Ioannem Osmarinum.
M. D. LXXXIIII.

Cum Licentia Superiorum.



Authores ex quibus collectæ, & contextæ sunt, vitæ Archiepiscoporum Vrbis Mediolani.

S. *Ambrosius.*

Amianus Marcellinus.

Annales, & histo-riç. { Vrbis Bergomi.
Vrbis Brixiæ.
Vrbis Genuensis.
Vrbis Mediolanen.
Vrbis Papiç.
Vrbis Rauennæ.

D. Antoninus in cronicis.

S. *Augustinus.*

Bibliothecarius.

Bartholomeus *episcopus* Vrbinas.

Bartholomeus Platina in vitis Pont.

S. Basilius episcopus, in epistolis.

Beda in historiis.

S. *Bernardus in epist.*

Beneuentus in libro Augustali.

Carolus Sigonius.

Cassianus in histo.

Cassiodorus in histo.

Comentaria exarchatus Rauennæ.

Comentaria Rheginonis de successione Caroli Magni.

Epiphanius.

Euse-

Eusebius in histo.
Ex epistolis diuersorũ Sũmorũ Pont.
Ex Tomis Conciliorum.
Ex historia Longobardorum.
Ex tabulis Ecclesiæ Mediolanen.
Ex tabulis marmoreis Romæ.
Fasiculus temporum.
Fresculo Episcopus in suis histo.
Georgius Merula.
Giornandus de successione regnorum.
S. Gregorius Papa primus.
Gottifredus Viterbensis.
Hẽricus Mutius in lib. de reb. Germa.
Historię exarchatus Rauennæ ad Adrianum vi. Pont.
Ioannes Chrisostomus.
Ioannes monachus.
Ioannes Tritemius.
Iulius Capitolinus.
Isidorus.
Leonardus Aretinus.
Matthæus Palmerius.
Metaphrastes.
Michael Riarius.
Nauclerus.
Nicephorus Calixtus.

Ottho

Ottho Frisingensis.
Paulinus in vita Ambrosii.
Paulus Constantinus.
Paulus Emilius.
Paulus Iouius.
Pomponius Lætus.
Raphael Volateranus.
Ricardus Cluniacen. in suis histo.
Robertus Abbas.
Rodulphus Tungrensis.
Ruffinus.

R O M AE,
In Ecclesia Sancti Sebastiani in lapide Marmoreo, hæc leguntur.

Tẽpore Domini Calixti Papę ii. Cõgregatio ordinis Cistercien. decreuit Nonis Nouẽb. quot annis anniuersariũ celebrare, pro anima nobilis viri Alberti de Oldradis, qui intuitu B. Patris nostri Bernardi; Monasterium de Cerete, in agro Laudensi, propria substantia fundauit, & dotauit, & congregationis Cisterciensium DD.

L A V S D E O.

